



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLUM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV. ANG.
VE
RI
TAS

ESAIAS EKEDAHL

DE USU PRONOMINUM PERSONALIUM ET REFLEXIVORUM HERODOTEO.

DE USU
PRONOMINUM PERSONALIUM ET REFLEXIVORUM
HERODOTEO.

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM

PERMITTENTE AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

ESAIAS EKEDAHL

PHIL. LIC. SMOL.

IN AUDITORIO VI PRIDIE IDUS DEC.

H. X A. M.



LUNDÆ MDCCCLXXXV

TYPIS EXPRESSERUNT MALMSTRÖM ET SOCII.


HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY.

In hoc libello nonnulla de pronominibus personalibus vices subjecti sustinentibus primum posui; quem syntaxis locum viri, qui res grammaticas tractant, fere nisi prætereuntes non attingunt. Præterea, quum de usu pronominum personalium et reflexivorum disputarem, id maxime spectavi, ut quæ Herodoti magis minusve propria essent conquirerem. Itaque ceteris omnibus casibus obliquis personalium pronominum primæ et secundæ personarum omissis, de secundæ tantum personæ dativo numeri singularis, utpote qui duplex sit, pauca inserui; quibus sunt quæ de τοί particula adjunxerim. — Maximam autem ab Atticorum scriptorum genere dicendi dissimilitudinem usus formarum, quæ a σϜε vel σφε et ἰ (μίν) stirpibus proficiscuntur, Herodoteus præbet: non quo hæ formæ apud illos non inveniantur — Thucididem, qui formas a σφ — litteris incipientes admodum frequenter usitatur, nominare sufficit — sed usus Herodoteus tam multifarius est, ut ne ab Homero quidem superetur. Quæ quum ita sint, his in formis cognoscendis maximam imposui operam.

Formæ pronominum personalium ab Herodoto usurpatæ Atticis hæ dissimiles sunt: gen. sing. ἐμέο, σέο, ἕο, quæ si in unum contrahuntur, ἐμεῦ, σεῦ, εὗ fiunt; gen. plur. ἡμέων, ὑμέων, σφέων; dat. plur. σφί; acc. plur. ἡμέας, ὑμέας, σφέας; gen. plur. generis fem. αὐτός pronominis est αὐτέων; dativus αὐτοῖσι, αὐτῇσι; nam quæ aliter formatæ formæ, ut ἡμέες, ἡμῶν etc., hic illic inveniuntur, reiiciendæ sunt.

Sunt autem formæ, quæ, apud Herodotum passim lectæ, a consuetudine dialecti atticæ prorsus alienæ sint. Namque præter σοί dativum, qui apud nostrum scriptorem semper acuendus videtur, τοί forma enclitica eadem si non vi at significatione effertur. Tertia est forma dativi singularis τεΐν, terminatione — ιν facta et ab Herodoto ex inscriptionibus duabus, quæ Cadmeis litteris exaratæ sunt, exscripta E 60. 4; 61. 4[1].

Formæ pronominis tertiæ personæ aut ex αὐτο stirpe ductæ sunt, aut ex stirpe reflexiva, quam G. Meyerus vocat. Quæ stirps, si eundem auctorem sequimur, formis numeri singularis altera est, altera formis numeri pluralis. Docet enim[2], illas ex stirpe (σεϝε) σϝε recte derivari, his autem subesse σφε stirpem, cujus origo nondum illustrata sit. Cauerus, qui 'de pronominum personalium formis et usu Homerico' in Vol. VII Studiorum Curtianorum scripsit, non dubitat dicere, has omnes formas a σϝε

---

[1] Homerus autem illam formam quinquies usurpat.

[2] Griechische Grammatik §§ 409, 418. „Für die reflexiven Pluralformen fungiert ein Stamm σφε — . . . der jedenfalls nicht mit σϝε ... zu identificieren, in übrigen noch nicht aufgeklärt ist."

stirpe originem ducere [1]. Pro stirpe μίν accusativi et Cauerus [2] et G. Curtius ἵ statuunt, quod vicibus casus nominativi fungens ab Apollonio ex Sophoclis Œnomao laudatur. Quas omnes formas a σϝε vel σφε vel ἵ ductas ut uno verbo complectar, Meyerum nomine 'stirpis reflexivæ' utentem sequar. Sunt autem εὗ, quod uno loco Γ 135, 16 [3], non sæpius, apud Herodotum est, οἷ, μίν, σφεῖς, σφέων, σφίσι (semper orthotonicum), σφί (semper encliticum), σφέας, σφέα (quod extremum pro accusativo, nusquam nominativo ab Herodoto usurpatur; apud Homerum non est.) — Homerica, non tamen Herodotea est forma accusativi ἕ vel ἕε, nam etiamsi ἕ uno loco H 220. 21 in oraculo legitur, vix tamen jure Herodoto tribui potest. Haud alia est ratio formæ doricæ τύ, quæ eadem in oraculo Δ 157. 7 invenitur, nisi quod ne Homeri quidem est. Etiam σφίν forma, quæ quamquam in quibusdam libris M.S. interdum legitur, ut B 81. 5; 82. 5, Herodoto tamen recte abjudicatur [4], est B 116. 22 in versibus interpolatis Homeri.

---

[1] l. l. pag. 109 „Tertiæ personæ numeri pluralis stirpes sunt σφε, quæ ex σϝε orta est durata ϝ spiranti in φ, et σφε-ι, aucta vocali i"; cfr. pag. 151 et ex. pag. 152.

[2] l. l. pag. 107, Curt. Grdz [4] 532.

[3] Steinius in ed. teut. οἱ; sed quum verbum ἐμπειρᾶσθαι nusquam dativum regat neque ipse in app. crit. quidquam ejusmodi exhibeat, error typographicus haud scio an sit.

[4] Cfr. Bredovius, Dial. Herod. pag. 103 init., ubi dicitur ν ἐφελκυστικόν etiam σφίσι dativo falso additum deprehendi. „Der Gebrauch des ν ἐφ. ist dem Dialect des Herodot durchaus fremd", Abicht. Uebersicht etc. in parte prima ed. suæ § 3.

Σφέ accusativus, quem pro omni genere, omni numero usurpari dicit Abichtius [1], non minus ex ipsius quam ex Steinii editione exstirpata est et formis, quæ sunt σφέας et σφέα, restituta.

Σφέα pro σφέ nunc legitur: A 89, 12 ὥς σφεα ἀναγκαίως ἔχει . . . [2]

Γ 52. 18 ὅσῳ αὐτός σφεα ἐξεργασάμην [3]

Γ 53. 13 . . . ἤ αὐτός σφεα ἀπελθὼν ἔχειν [4]

Σφέας nunc exhibitum est: A 71. 15 τί σφεας ἀπαιρήσεαι . . [5]

H 170. 4 θεοῦ σφέας ἐποτρύνοντος [6]

Ex his exemplis apparet primum σφέ Herodoteum non esse; deinde, ubi in libris M.S. est, semper esse numeri pluralis.

Jam vero est animadvertendum, formas reflexivas ἐμεωυτοῦ, σεωυτοῦ, ἑωυτοῦ etc., non ut atticas ἐμαυτοῦ sim. ex ἐμέ, σέ, ἕ et αὐτοῦ, sed ex ἐμέο, σέο, ἕο gen. et

---

[1] Uebersicht etc. § 5 I. 4 „Als casus des Pronomen der dritten Person sind noch der seltene Accus. Sing. σφε für alle Genera und Numeri und . . . zu bemerken“.

[2] R solus σφε; C ὥσφεα.

[3] Bredovius correxit; σφε omnes, excepto d, libri M.S.

[4] Valckenærius correxit; σφε omnes libri M.S.

[5] σφε R.

[6] Quod σφέας accentu instruxerunt et Bredovius (Dial. Herod. pag. 283) et Abichtius, vix laudandum est, quum reflexivum non sit; σφί Stenius in utraque ed. cum ed. Aldina num jure posuerit, dubito, quum ἐποτρύνειν cum dat. personæ vix sit conjunctum, nisi si objectum, in quarto casu positum, additur, ut Thuc. VI. 69, 2. σφε libri plerique, σφεας autem cod. Cantabr. et Bekkerus.

αὐτοῦ esse compositas; quod diphthongo contractione orta mox intelligitur.

Ad extremum, nullas numeri dualis formas pronominum apud Herodotum inveni.

A me maxime adhibitæ sunt hæ editiones:

Herodoti Historiæ, rec. Henricus Stein ('editio critica');

Herodotos, erklärt von Heinrich Stein; ex qua editione librum, caput, lineam afferendo locos indicavi ('editio teutonica').

Herodotos. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. K. Abicht.

Quos præterea adhibui libros grammaticos vel commentationes, eos primo quemque loco satis plene litteris consignavi.

CAP. I.

De pronominibus personalibus pro subjecto usurpatis.

Quum subjectum enuntiationis alicujus aut is sit, qui loquitur (i. e. ut ajunt nostri prima persona), aut is, quem quis affatur (secunda persona), aut is (id), de quo quis loquitur (tertia persona), qui (quod) tamen jam antea commemoratus (-um) est, ut in nostris linguis vivis, quæ vocantur, pronomen personale sufficiat ad ostendendum, de quo enuntiationis verbum prædicetur, neque in Latino neque in Græco sermone pronomen personale subjecti vicibus fungens ut ponatur fieri solet, sed terminatio verbi prædicati sola, de qua persona id quod enuntiatur valeat, ad indicandum satis potest. Interdum autem, quum major subjecto vis tribuitur, quam ut terminatione verbi prædicati ad animos legentium satis fortiter perveniat, subjectum ex pronomine personali constans sua voce efferendum est. Est enim consentaneum, eum qui loquitur ei quem alloquitur vel ei de quo aliquid dicit oratione se opponere aut hunc demum a scriptore aliis subjectis opponi posse; quæ oppositio adhibitis pronominibus augetur, ut

cui potissimum unaquæque res tribuatur is qui legit vel audit facilius perspectum habeat.

Quo in rerum grammaticarum loco quamvis multa libertati scriptorum tribuenda sint, ut pronomen personale nonnumquam adhibeatur, quum nulla majore vi præditum sit, aut rursus non adhibeatur, quum quod contrarium est scriptum sit vel mox intelligatur [1]; mihi tamen persuasi, hanc rem neque in mero scriptoris arbitrio versari neque ab omnibus legibus destitutam esse; quas leges persequi, quod potuerim, et investigare operæ pretium putavi esse. Quæ quum ita sint, tamen jam nunc confitendum est, multis locis difficile fuisse intellectu, quid ut consequeretur scriptor noster aut posuerit aut non posuerit pronomen. Aliquot igitur locos eligere studui ejusmodi, ut exemplis esse possint usûs Herodotei pronominum personalium subjecti vicibus fungentium.

Sunt autem hæc pronomina: ἐγώ, σύ, ἡμεῖς, ὑμεῖς. Pro nominativo tertiæ personæ, si significatio pronominis aliquo modo premitur, *αὐτός* adhibetur. Αὐτός enim, quod pronomen pronominibus personalibus cognatum esse censet Krügerus [2], 'ipse' proprie significat; quæ vis tum semper ejus est, quum, ipsum sine articulo exhibitum, substantivo conjunctum est. Quod substantivum quum pronomen personale, aut diserte scriptum aut terminatione verbi prædicati involutum, esse

---

[1] Kühner, Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache, II § 454. I. 1. Anmerk. 1.

[2] Griechische Sprachlehre für Schulen. I § 51. II: 5.

possit, et 'ego ipse' et 'tu ipse' fit ut significet. At si tertiam, quæ suum vocabulum non habet — nam σφεῖς apud Herodotum vix extra orationem obliquam usurpatur nec plus quam quinquies invenitur — personam spectat, ejus personæ quodammodo proprium factum significationem 'is ipse' accepit. Tum interdum usu venit, ut significatio 'ipse' admodum evanescat et αὐτός pronomini vis 'ego, tu, is' pronominum paullo intentiore voce pronuntiatorum tribuatur. Atque adeo αὐτός a mere personali pronomine haud ita longe abesse quum aliunde tum ex quibusdam enuntiationibus secundariis colligere, opinor, licebit [1]. Pro tertia persona ὁ δέ interdum adhibetur, si quidem vis subjecti non nimis premitur.

Plerumque igitur fit, ut subjectum pronomine personali constans tum usurpetur, quum major aliqua vis ei tribuitur. Cujusmodi vis subjecto additur aut tum

I quum oppositio inter hoc subjectum et aliud quoddam substantivum aperte intercedit; aut tum

II quum subjectum enuntiationis, nulla certa re contrarie relatâ, tamen orationis accentu et vi locupletatum pronuntiatur;

III tertio loco ea posui exempla, in quibus pronominis tam exigua est vis, ut sine injuria omitti potuisse videatur.

I. Quum aliquid aperte opponitur, res contraria aut

I a verbis diserte scripta est; aut

---

[1] Cfr Krüger, I § 51. I. 1. A. 3.

I b quamvis non scripta, ipsa verborum conjunctione indicatur.

I a α) Fieri igitur potest, ut subjecto subjectum opponatur, atque id ita quidem, ut enuntiationes aut ejusdem ordinis sint (coordinatæ, quas vocant); aut subjectum enuntiationis primariæ secundariæ enuntiationis subjecto opponatur; aut altera enuntiatio sit elliptica (in duobus subjectis comparandis).

Quod si igitur ii, qui in duabus enuntiationibus coordinatis subjecti vicibus funguntur, inter se referuntur et opponuntur, oppositio ita verbis significatur, ut aut μέν-δέ particulæ adversativæ subjectis ipsis aliisve partibus sententiarum postponantur; aut δέ particula sola, μέν voculâ in sententia antecedente omissâ, ponatur; aut particulæ adhibeantur copulativæ, quæ sunt καί solum vel καί-καί iteratum vel τέ-τέ vel τέ-καί vel οὔτε-οὔτε aliæve ejusdem generis particulæ.

Accidit autem etiam, ut enuntiationes nullo vinculo particularum junctæ sint; ut, quum in enuntiationibus interrogativis subjecto secundæ personæ magna vis est, pronomen personale primæ personæ in respondendo ponitur. (Quum autem non tam quis aliquid fecerit quam de re ipsa quæritur, neutrius enuntiationis subjectum pronomine personali constans effertur).

Μέν-δέ

ἐγὼ μὲν ὦναξ πρεσβύτερός τε ἤδη εἰμὶ καὶ . . . σὺ δέ τινα τῶνδε τῶν νεωτέρων κέλευε ταῦτα ποιέειν Δ 150. 10.

σὺ μὲν ἐμὲ ζῶσάν τε καὶ νικῶσάν σε μάχῃ ἀπώλεσας . . . σὲ δ᾽ἐγώ . . . αἵματος κορέσω A 214. 18 (in hoc exemplo

duplex est oppositio, et inter subjectum et objectum singularum sententiarum et inter ipsa subjecta per se); A 111. 14; Γ 142. 15; 155. 17; passim.

τῷ δὲ ὁ δαίμων προέφαινε, ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ βασιλήϊη . . . A 210. 2.

τούτων τὰ μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρεῖαι (ἵρειαι Abicht.) λέγουσι, τὰ δὲ ὕστερα . . . ἐγὼ λέγω B 53. 10; Z 1. 10.

Δέ sine μέν

οἳ (οἱ Abicht.) δέ μιν ἐξαιτέονται . . . ἡμεῖς δὲ . . . τὸν ἱκέτην . . . οὐ τετολμήκαμεν ἐκδιδόναι A 159. 4; 17. 15; Γ 63. 8 (ἐγὼ . . . ὁ δέ μοι μάγος).

τὸ δὲ ἀπὸ τούτων τὸ κατύπερθε Ἰσσηδόνες εἰσὶ οἱ λέγοντες . . . παρὰ δὲ τούτων Σκύθαι παραλαβόντες λέγουσι.. παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν (ubi contrarii aliquid inde oritur, quod in enumerando, qui a quibus rem traditam acceperint, posterius quodque subjectum prioribus opponitur) Δ 27. 2.

Κροῖσε, τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε ἐπὶ γῆν τὴν ἐμὴν στρατευσάμενον πολέμιον . . . καταστῆναι; ὁ δὲ εἶπε· ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ ταῦτα ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ· αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεὸς . . . (in quo exemplo ἐγώ est positum, non quod ad interrogationem eo respondeatur, sed quia verbis 'ὁ Ἑλλήνων θεός' opponitur: ego non mea sponte, sed dei Græcorum nutu et impulsu feci quæ feci) A 87. 12; 32. 22.

Καί aliæque particulæ copulativæ.

Ἅρπαγος δέ, ὡς εἶδέ με, ἐκέλευε . . . καὶ ἐγὼ ἀναλαβὼν ἔφερον A 111. 17;

οὕτω Αἰγύπτιοι τ'ἂν ἠπιστέατο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς μεγάλου ἄρχονται, καὶ ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες B 173. 11; A 89. 13 (καί-καί).

Πρηξάσπες, ὡς μὲν ἐγώτε [1] οὐ μαίνομαι Πέρσαι τε παραφρονέουσι, δῆλά τοι γέγονε· νῦν δέ μοι . . . Γ 35. 12; A 124. 15 (ἤντε ἐγὼ . . . ἤντε τῶν τις δοκίμων . . .); Θ 102. 12 (τέ-καί).

οὔτε γὰρ οἱ βάρβαροι ἄλκιμοί εἰσι, ὑμεῖς τε τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκετε ἀρετῆς πέρι E 49. 15; Γ 21. 8 (οὔτε-οὔτε-οὔτε).

In interrogando et respondendo.

σὺ δὴ ἐὼν τοῦδε τοιούτου ἐόντος παῖς ἐτόλμησας . . . ὦ δέσποτα, ἐγὼ ταῦτα τοῦτον ἐποίησα σὺν δίκῃ A 115. 5 [2].

Subjecta duarum enuntiationum, quarum una hypotactica est, inter se opposita:

σύ νυν . . . τῆς περ Ἀστυάγης ἄρχει χώρης, ταύτης ἁπάσης ἄρξεις A 124. 11.

εἰ ὧν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτῶν γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου B 16. 1.

καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, τῷ ἐγὼ προαιδεῦμαι; (est interrogatio regis rem admirantis et addubitantis, qui Græco hospiti se opponens rem auget) Γ 140. 10.

---

[1] ἐγώτε est conjectura Dobreei, quem Abichtius et Steinius in editione notis illustrata sequuntur; ἔγωγε libri MS. et Steinius in editione critica exhibent. Mihi, quod Dobreeus conjecit, adeo præstare videtur, ut non dubitaverim id lectioni librorum MS. præferre.

[2] Exemplum, ubi de re ipsa quæritur, hoc sit: Ἅρπαγε, τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο . . .; ὦ βασιλεῦ, ἐπεί τε παρέλαβον τὸ παιδίον, ἐβούλευον σκοπέων . . . A 117. 5.

Ex duabus enuntiationibus alterius, si elliptica est, subjectum voce sua carere non posse consentaneum est. Sed alterum etiam subjectum, id dico quod terminatione verbi prædicati indicatur, propter oppositionem, quæ est inter hoc illudque subjectum, nominatim scribitur haud raro.

ἤδη ὦν ἐγὼ [1] γνώμην ἔχω . . . τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι Α 207. 12; Α 45. 11 (εἷς δὲ οὐ σύ . . . ἀλλὰ θεῶν κού τις); Δ 80. 13 (στρατιῇ δὲ μήτε σὺ κινδυνεύσῃς μήτε ἐγώ),

νῦν ὦν εἴ τινα ἔχεις σοφίην, μηχανέο ὡς ἂν ἡμεῖς σχῶμεν τοῦτο τὸ γέρας καὶ μὴ ἄλλος τις Γ 85. 6.

β) Sic quoque major quam solet vis subjecto addi potest, si alicui substantivo, quod terminationem casus alicujus obliqui accepit, opponitur, quod substantivum aut in alia enuntiatione sive subordinata sive coordinata aut etiam in eadem enuntiatione locum habere potest.

Quod si res ita se habet, sæpe fit, ut substantivum, cui contrarium inest, subjectum enuntiationis sit, etsi conjunctio verborum ejusmodi est, ut terminatione casûs obliqui alicujus sit præditum. Quod ut in omnia exempla cadat, longe tamen abest.

καὶ οὕτω οὔτε σὺ ἁλώσεαι . . . οὔτε ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα ἔσται Α 112. 13; Ε 39. 8 (εἴ τοι σὺ . . .)

σὺ μὲν . . . ποιήσας τὸ κελευόμενον αἰτίην ἐκπέφευγας· ἐμοὶ δὲ τίς ἂν εἴη ἀνὴρ Περσέων ὁ ἐπανεστεὼς . . .; Γ 63. 14.

τά σε καὶ πάλαι δοκέω ἐκμεμαθηκέναι, σέο τε αὐτοῦ

---

[1] ἐγώ, quod Steinius in utraque editione omisit, cum Abichtio addidi; est enim in quibusdam libris MS.

πέρι ὡς ἐπρήχθη, καὶ οἷα ἐγὼ ὑπὸ Ἀστυάγεος πέπονθα Α 124. 8.

καὶ τοῦτο μὲν αὐτοὶ ἦσαν ἕτοιμοι ἐπαγγείλαντι, τοῦτο δὲ ποιησάμενοι κρητῆρα χάλκεον . . . ἦγον (Ipsi et donum eorum conferuntur) Α 70. 3.

σὺ καὶ ἐμοὶ τολμᾷς συμβουλεύειν Γ 36. 11; 29. 7 (ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε . . .).

Quum pronomina reflexiva significationem 'me ipsum, te ipsum' habent, pronomen personale subjecti vicibus fungens fere apponitur [1]. Pronomini personali adjungi vel pro eo poni potest αὐτός, quod solum locum pronominis tertiæ personæ tum occupat. Neque aliter Latini 'ipse' pronomen in recto ponunt casu; qua re, quamquam quæ est oppositio ea inter duo objecta est, vis tamen subjecti quoque magis premitur.

σύ νυν ὧδε ποιήσας ὀρθώσεις μὲν σεωυτόν, σώσεις δὲ καὶ ἐμέ Γ 122. 16 [2]; Α 124. 6; Ε 39. 8 [3].

ἐγὼ γὰρ αὐτός, ποιήσας τὰ σύ με ἐκέλευες, ἔθαψά μιν χερσὶ τῇσι ἐμεωυτοῦ Γ 62. 13.

ἐκδιδοῦσι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς Α 93. 14; Θ 16. 7 (αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ) [4]; Ι 16. 17 (αὐτὸς περὶ σεωυτοῦ).

I b. α) Etsi interdum membrum alterum, quo contrarium indicaretur, est omissum, tamen μέν particula,

---

[1] Cfr. Chr. Cavallin, Grekisk Syntax, § 105. 1. Anm. 1.

[2] Subjectum non semper poni, hoc ostendat exemplum: ὦ παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην ἠδίκεον, τῇ σεωυτοῦ δὲ μοίρῃ περίεις Α 121. 2.

[3] Jam supra pag. 12 ad Α 112. 13 allatum.

[4] Cfr. Xen. Anab. II. 4. 10.

quæ addita est, oppositum aliquid menti scriptoris obversatum esse ostendit. Quâ orationis figurâ adhibitâ is qui scribit vel loquitur dicere vult, quomodocumque res in ceteris omnibus se habeat, ipsum certe dicere, scire, facere aliquid. Neque hic necesse est, ut μέν particula subjectum subsequatur, nam post aliud enuntiationis vocabulum poni potest.

Non distinxi ea exempla, ubi μέν vim particulæ affirmativæ potius acceperit; oppositio enim, qvamvis eam reticuerit scriptor, nihilo minus est.

ἐγὼ μέν νυν θεοῖσι ἔχω χάριν, οἳ οὐκ ἐπὶ νόον ποιέουσι Πέρσῃσι στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδούς A 71. 18; B 11. 18; 73. 2; Γ 83. 8.

ἐγὼ μέν νυν φημί B 49. 10 [1].

ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι B 120. 26; Δ 16. 8 (ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς . . .).

β) Re tum non multum distat, quum vis pronominis antipositis particulis, quæ sunt καί et οὐδέ (μηδέ), aucta est et ad aliud subjectum refertur, quod, etsi ipsis verbis non expressum, rerum tamen serie plerumque perspicitur. Hæc enim verbis involuta est sententia, non solum 'alium' vel 'alios', sed etiam 'me, te, eum' aliquid facere vel esse. Αὐτός autem, ut jam commemoratum est, antepositis his particulis vim 'ipse' amittere et sig-

---

[1] Ita Steinius, Goettlingianam doctrinam secutus, exhibet; Abichtius autem morem acuendi vulgarem sequitur, ut ἐγὼ μὲν νύν φημι exhibeat. — Eodem loco in continuatione orationis ἐγώ omissum est: οὐ γὰρ δὴ φήσω . . . οὐ μὲν οὐδὲ φήσω.

nificationem 'ego, tu, is' intentiore voce pronuntiatorum accipere potest.[1]

τέτοκα γὰρ καὶ ἐγώ (uxor pastoris, quæ loquens inducitur, quum dixisset maritus, Mandanen puerum peperisse, et alia et hæc respondit: non illa solum, ego etiam peperi) A 112. 10; B 131. 11 (καὶ ἡμεῖς).

ἐν γὰρ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται A 132. 10.

ἀποθανόντος δὲ τούτου, Ἅρπαγος κατέβη διάδοχος τῆς στρατηγίης, γένος καὶ αὐτὸς (= 'äfven han', non: 'äfven han själf') Μῆδος ἐών A 162. 2; 180. 14; 191. 23; B 62. 8; Z 14. 2 (= å sin sida).

οὐ μέντοι οὐδὲ αὐτοὶ δουλοσύνην διέφυγον Z 45. 5.

In his igitur omnibus exemplis, quæ sub β) posita sunt, is de quo agitur simul cum aliis aliquo modo se habere dicitur; contra in exemplis sub α) locatis is qui pro subjecto ponitur, dicitur aliquid facere nec quidquam de aliis statuitur.

II. Venimus nunc ad eos locos, ubi pronomen personale pro subjecto positum, quamvis certam rem, cui opponatur, non habeat, tamen sua voce efferre visum est scriptori. Quod multis de caussis fieri posse liquet eoque difficilius est præcepta dare. Satis igitur habebimus, si sub titulis paucis haud nimis pauca exempla recte collocaverimus.

a. Quum subjectum enuntiationis alicujus ab omnibus, quicumque sunt, vehementer distinguitur, pronomen personale non recte omitti consentaneum est; contra

---

[1] Cfr Cavallin l. l. § 104. b.

vis ejus sæpe, non semper, augetur aut addito pronomine, quod est αὐτός, primigenia 'ipsius' vi præditum; quod tum solum quoque cujusvis pronominis personalis occupare potest locum; aut affixâ γέ particulâ encliticâ.

εἰ δέ τίς τοι ὄψις ἀπαγγέλλει παῖδα τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, ἐγώ (= αὐτός, de patre dictum est) τοι παραδίδωμι χρᾶσθαι αὐτῷ τοῦτο ὅτι σὺ (tu ipse) βούλεαι A 210. 9.

Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων . . . ἐγὼ δὲ (= ἔγωγε δὲ) πείθομαι ἐκείνην εἶναι καλλίστην A 8. 13.

Exempla αὐτός pronominis sic usurpati passim, ut αὐτὸς ἐγώ Γ 83. 11; 155. 7; — ἐγώ . . . αὐτός interposito vocabulo Γ 62. 13; 71. 4; 142. 11; — αὐτός solum pro prima persona B 148. 18; pro tertia sæpissime et alias et in oratione obliqua loquentem spectans Γ 45. 13.

Exempla γέ particulæ affixæ A 109. 8; Γ 35. 17; 115. 4.

αὐτός . . . ἔγωγε : αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον, τέθηπα δὲ ἀκούων B 156. 6.

b. Vis et gravitas subjecto tum inest, quum quasi testimonio eorum, quæ in certis personis et temporibus posita sunt, quæstio universæ rei confirmatur; vel tum quum quæ dicta sunt, ea ita in aliquo valere dicuntur ut totius rei caussa et ratio in ipso subjecto collocata sit, ubi in nostra nos lingua plenam enuntiationem sæpe fabricamur (= det är jag, som . . ., quod genus sententiarum etiam apud Græcos scriptores invenitur). Sic res sæpe se habet in interrogationibus admirantis vel indignantis,

quum indignatio vel admiratio non tam in rem ipsam quam in eum, de quo dicitur aliquid, cadit.

ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσι οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτράπειν, ἐγὼ δὲ (igitur) ὁ μάταιος Πρηξάσπεα ἀποπέμπω (non licitum erat, quæ in fatis sunt, evitare, cujus rei me testem appello) Γ 65. 11.

ὦ γενναιότατε ἀνδρῶν, σὺ κεῖνος εἷς ὃς . . . Γ 140. 20; Η 17. 6 (ἆρα σὺ δὴ κεῖνος εἷς ὁ ἀποσπεύδων . . .); 139. 26 (αὐτοὶ οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγείραντες . . .).

θάρσεε, Γύγη, καὶ μὴ φοβεῦ (φοφέεο Abicht.) . . . μή τί τοι ἐς αὐτῆς γένηται βλάβος· ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι . . . ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα . . . στήσω (cur Gygæ non timendum fuerit, eo continetur, quod rex ipse, qui verba facit, rem perfecturus est) Α 9. 3; 116. 9 ('Ατέμβαρες, ἐγὼ . . .).

καὶ λέγων τοῦτό γε (i. e. σὲ εἶναι τὸν κελεύοντα ἀποκτεῖναι τὸ παιδίον) οὐκ ἐψευδόμην· σὺ γὰρ (= ty det var du som) ἐνετέλλεο οὕτω Α 117. 15.

ὦ βασιλεῦ, ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἤϊα ἐς ἄεθλον τοιόνδε . . . νῦν δέ, ἐπείτε σὺ (det är du som) σπεύδεις . . . ποιέειν εἰμὶ ἕτοιμος ταῦτα Α 42. 2.

σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ ('tune in virorum numero censeare?' Abicht.) Γ 120. 13.

c. Patet inter eum qui verba facit et eum quem affatur ille, oppositionem quandam esse [1]; quæ oppositio

---

[1] Cfr. Δ 119 inde a linea 7: εἰ μὲν μὴ ὑμεῖς . . .

solisne terminationibus verborum prædicatorum satis dilucide ante oculos legentis poni, an pronominibus personalibus quoque egere videatur scriptori, levi confinio distinguitur. Hoc apud nostrum passim fit. Quum enim aliquis dicens inducitur, ἐγώ post epitheton sæpe legitur, interdum autem tum etiam, quum epitheton non antecedit. Item pronomen secundæ personæ in sententiis, quibus aliquid esse enuntiatur.

Σύ haud aliter imperativo quoque sæpe antepositum est, qua re ipsa adhortatio vehementior fieri videtur. Quod fit quum alias tum haud raro iis locis, ubi aliquis, quum rerum statum exposuit, ad cohortationem conversus sic exordiens inducitur: σὺ ὦν, νῦν, νύν, τοίνυν [1]. Fit autem etiam in prima oratione [2].

Præter has particulas δέ conjunctio σύ pronomen subsequitur, sæpe in apodosi, ut cum latino 'vero' recte conferri credam, sæpe ita, ut ab usu vulgari non recedat.

Exempla attuli neque eos locos, ubi σύ in prima oratione positum est, ab iis, ubi in media locum habet, separavi.

Ἄδρηστε, ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἄχαρι . . . ἐκάθηρα Α 41. 3; Γ 42. 5 (ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ . . .); Ε 24. 12.

ὦ παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ . . . ἠδίκεον Α 121. 2.

ἐγὼ ταύτην πολέω μὲν οὐδενὸς χρήματος, δίδωμι δὲ ἄλλως Γ 139. 15; Ι 48. 3 (ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε . . .)

---

[1] Θ 101. 9—20 (σὺ ὦν ἐμοὶ . . .); Ι 78 a lin 4.
[2] Γ 35. 2 (σύ νυν μάθε . . .).

ἐπεὶ τοίνυν οὐ δύναμαί σε πείθειν μὴ ἐκθεῖναι, σὺ δὲ ὧδε ποίησον A 112. 8; Γ 68. 18; E 40. 2; I 60. 15 (εἰ δ'ἄρα . . ., ὑμεῖς δὲ . . . χάριν θέσθε) H 51. 2 [1].

γυναικὸς μὲν τῆς ἔχεις οὐ προσδεόμεθά σευ τῆς ἐξέσιος· σὺ δὲ ταύτῃ τε πάντα ὅσα νῦν παρέχεις πάρεχε . . . E 40. 5.

ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστεώσας ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν Γ 72. 11.

ὦ βασιλεῦ τὰ μὲν οἰκότα εἴρηκας, σὺ μέντοι μὴ πάντα θυμῷ χρέο A 155. 12.

ἐμὲ ὦν σὺ ἢ μέτες . . . ἢ λόγῳ ἀνάπεισον A 37. 13; Γ 40. 13 (σὺ ὦν νῦν . . .); A 124. 6 (σύ νυν Ἀστυάγεα τὸν σεωυτοῦ φονέα τῖσαι); Γ 122. 19.

σὺ τοίνυν [2] τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας καὶ ποίεε ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσεις τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον A 209. 21 [3].

---

[1] Δέ non solum in iis sententiis, quarum verbum prædicatum formam imperativi vel modi pro imperativo usurpati habet, ita usurpari consentaneum est. Contra noster, exemplum Homeri sequens, post prothases hypotheticas et temporales et relativas subjecto apodosis, postpositâ δέ particulâ, primum enuntiationis locum dat, idque, ut quid contrarii sententiis ipsis insit, id eo magis appareat A 163. 13; Γ 37. 8; 108. 17; Δ 123. 2. Fit etiam, ut objectum eundem in finem anteponatur H 103. 10. Interdum ἀλλά pro δέ ita usurpatur I 42. 10 (ἐπεὶ τοί νυν ὑμεῖς . . . ἴστε οὐδὲν . . . ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω); 48. 17; cfr Stein. ad A 112. 9.

[2] Ita Abichtius et Steinius in ed. critica;| σύ νυν autem in ed. teutonica.

[3] Facile intelligitur, 'σύ τοίνυν' et 'ἐγώ' inter se non gravius opponi; vis enim σύ pronominis, quod additum est, ut Hystaspes vehementius jubeatur, neque augetur neque imminuitur, expulsâ

d. Si duæ enuntiationes ita conjunctæ sunt, ut antithesin efficiant, maxime si alterâ earum dicitur esse quod subjectum utriusque enuntiationis commune non faciat, alterâ quid faciat exponitur, tum in hac enuntiatione prima subjectum, quod δέ particula subsequitur, iteratur, ut particulâ adversativâ (= men, utan) suethice in reddendo vertendum sit. Inprimis ὁ δέ, ἡ δέ, οἱ δέ ita usurpantur.

Σπαρτιητέων γὰρ οὐδεὶς πεπείρηται Μήδων, ἡμεῖς δὲ Βοιωτῶν καὶ Θεσσαλῶν ἔμπειροί εἰμεν (= nemo Lacedæmoniorum periculum Medorum fecit, sed Boeotorum et Thessalorum virtutem cognovimus'; subjecta sententiarum etsiamsi specie, attamen non re sunt diversa) I 46. 10. Aliud exemplum ejusdem fere generis hoc est: γυναῖκα μὲν ταύτην καὶ τὰ χρήματα οὔτοι προήσω ἀπάγεσθαι, ἀλλ' αὐτὰ ἐγὼ τῷ Ἕλληνι ξείνῳ φυλάξω B 115. 23.

ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο, οἱ δὲ . . . ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο A 66. 15; 107. 12; 171. 8; 196. 16; Γ 126. 7; E 35. 12; 120. 4; Z 133. 13; H 13. 3; 125. 5; 163. 5; 218. 18; Θ 40. 19; I 52: 7; 108. 15; 110. 3 [1].

Item in adhortationibus antithetice formatis, quarum altera id continet, quod is qui loquitur non esse vel futurum esse sperat, altera autem id, quod veri similius vel optabilius ei videtur, σύ ante hunc imperativum vel modum pro imperativo usurpatum additur interdum.

---

enuntiatione, quæ incipit a verbis ἐπεὰν ἐγώ; neque ἐγώ habet quod opponatur.

[1] Cfr Stein. ad A 17. 9.

Neque tamen deest, ubi σύ subjectum membro utrique additum sit; qua re indicatur neutrum neutri a loquente præferri.

καὶ ἢν μὲν φαίνηται ἔχων ὦτα, νόμιζε σεωυτὴν Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικέειν, ἢν δὲ μὴ ἔχων, σὺ δὲ τῷ Μάγῳ Σμέρδι Γ 69. 10; 134. 22; Ε 24. 21; Η 10 ϑ) 10; 159. 6; Θ 22. a lin. 7 (bis).

οὔκων ἐθελήσεις ὑποθήκῃσι τῇσιδε χρᾶσθαι, ἀλλὰ πάντως μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι· σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμέαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε, μόχθον μὲν τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμὸν ἄπες, σὺ δὲ . . . διάβαινε ἐς τὴν ἡμετέρην. εἰ δ' ἡμέας βούλεαι ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐς τὴν ὑμετέρην, σὺ τὠυτὸ τοῦτο ποίεε Α 206. 7.

εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεος δοκέεις εἶναι σεωυτῷ τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι ἀντιωθῆναι, σὺ δὲ . . . μάχεσθαι. εἰ δὲ συγγινώσκεαι εἶναι ἥσσων, σὺ δὲ . . . δεσπότῃ τῷ σῷ . . . ἐλθὲ ἐς λόγους Δ 126. 4.

Quum autem duo verba de uno subjecto ita prædicantur, ut altera sententia alteri consentanea et consequens esse dicatur, καί particula subjecto anteposita sententiam sequentem inducit, quo in loco Latini 'idem', Græci interdum 'αὐτός' determinativum exhibent. Fit etiam, ut subjectum enuntiationis prioris addatur.

ἐβούλευον σκοπέων, ὅκως . . . ποιήσω καὶ ἐγὼ (= et idem; suethice: och derjämte, och likväl) μήτε θυγατρὶ τῇ σῇ μήτε σοὶ εἴην αὐθέντης Α 117. 10.

τὰ μὲν γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξα καὶ ἐγὼ κεφαλῇ

ἀναμάξας φέρω. τὰ δὲ νῦν . . . Α 155. 17; Β 148. 18 (αὐτοί τε ὡρῶμεν . . . καὶ αὐτοὶ . . . λέγομεν).

εἰ γάρ τις συμφορὴ . . . ἐγγέγονε . . . ἐμοί τε αὕτη γέγονε καὶ ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι, ὅσῳ αὐτός σφεα ἐξεργασάμην Γ 52. 15.

III. Ad extremum dixi pronomen personale haud magna vi præditum pro subjecto interdum poni videri

a) in enuntiationibus primariis.

ὡς δὲ ταῦτα ἀτρεκέως οἶδα, ἐγὼ σημανέω Α 209. 14. ὃς δὲ τούτους μὴ ὄπωπε, ἐγὼ δέ οἱ σημανέω Γ 37. 8;[1] ὦ γύναι, πάντα ὅσαπερ αὐτὸς ἐπινοέω ποιήσειν, εἴρηκας· ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι (ubi ἐγώ supervacaneum videtur, quum αὐτός antecesserit; sed periodus sic rotundior erat) Γ 134. 16; 65. 6 (ἐγὼ γὰρ ἐὼν . . .); Η 8 α) 16.

b) Multo quam in sententiis primariis frequentius fit in enuntiationibus relativis et temporalibus, in quibus, maxime iis, quæ orationis obliquæ sint, αὐτός omissâ propemodum significatione 'ipsius', vim 'ego, tu, is' haud nusquam accipit neque a pronomine mere personali, cujus vis non ita magno opere premitur, longe abest.

Ἐγώ in enuntiatione relativa

τὰ ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω Β 38. 7; 51. 2; 52. 2; 65. 9; 77. 3; 123. 14; 131. 9; Γ 117. 28;

τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν Γ 122. 8; Δ 17. 12; 18. 14; 20. 13; passim (ubi tamen id quod 'nos' scimus

---

[1] His cum exemplis (Α 209. 14; Γ 37. 8) apte confertur aliud, quod quum eadem fere verba contineat, tamen subjectum scriptum non habet: ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τοῦτον, ὧδε δηλώσω Δ 81. 12.

ei quod alii sciunt quodammodo contrarie ponitur, ut ἡμεῖς subjectum additum non plane otiosum sit).

εἰ δέ μοι ἀπιστέεις τὰ περὶ τῶν χρημάτων, πέμψον ὅστις τοι πιστότατος τυγχάνει ἐών, τῷ ἐ γ ὼ ἀποδέξω Γ 122. 22; Δ 145. 3.

Ἐγώ in enuntiatione temporali.

καὶ Μοίρι οὔκω ἦν ἔτεα εἰνακόσια τετελευκότι, ὅτε τῶν ἱρέων ἐγὼ ἤκουον Β 13. 4; cfr Α 209. 23 jam pag. 19 allatum.

Σύ in enuntiatione relativa.

τὰ δὲ νῦν παρεόντα, Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ σὺ ἐπέτρεψας Σάρδις, οὗτος δότω τοι δίκην Α 155. 17; Γ 62. 13 (pag. 13 allatum); 134. 31.

Σύ in enuntiatione temporali.

οὗτοι γάρ, ἐπεὰν σὺ βούλεαι, ἔσονταί τοι Γ 134. 22.

Αὐτός: αὐτίκα προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξεύρηκε, τὰ αὐτὸς ἐποίεε Α 48. 8; 21. 11;

οἱ Σκύθαι ἐβουλεύοντο . . . τὰ φρέατα, τὰ παρεξίοιεν αὐτοὶ . . . συγχοῦν Δ 120. 5; Ε 6. 3; Θ 4. 8.

CAP. II.

De Dativo numeri singularis II:æ personæ pronominis personalis.

In ceteris casibus obliquis pronominum personalium I:æ et II:æ personarum utendis Herodotus a vulgari atticorum scriptorum consuetudine nihil aut non multum recedit. In tertio autem casu numeri singularis II:æ personæ similitudo cum Homero, ab Atticis discrepantia est. Ut jam dictum est, duæ et apud Homerum et apud Herodotum formæ hujus casûs σοί et τοί inveniuntur. Hæc semper enclitica habetur et enclitice scribitur; et σοί formam semper esse orthotonicam contendere existimandus est Abichtius, dicens [1], dativum σύ pronominis esse σοί, in enclisi τοι. His ex verbis jure credo colligi posse, eum dicere velle, σοί nisi extra enclisin non usurpari. Sed tamen sunt loci haud perpauci, ubi σοί pronomen accentu privat; at Steinius hanc formam semper acuit.

Sunt autem, quantum inveni, hi loci, quibus accentus ponendi ratione Abichtii usus sum.

---

[1]) Uebersicht etc. § 5 I 5).

A 109. 5. Harpagus, quum puerum Mandanes supplicio afficere a rege jussus domum rediisset, ab uxore interrogatus est: 'νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἔστι ποιέειν; rex jussit, inquit, ille quidem, sed tu, quidnam tu facturus es?' — Videtur igitur σοί, emphasi quadam dictum, ornandum esse accentu, tanto potius quod omnes codices σοί accentu instructum habent, nisi quod codex unus L signatus σοι sine accentu exhibet.

Γ 36. 11. σὺ καὶ ἐμοὶ τολμᾷς συμβουλεύειν, ὃς . . . ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας τῆς σεωυτοῦ πατρίδος κακῶς προστάς, ἀπὸ δὲ ὤλεσας Κῦρον πειθόμενόν σοι [1]. Steinium in ed. critica, qui suo more πειθόμενον σοί scribit, recte vidisse credo, quum haud sit dubitandum, quin Cambyses id dicere velit, fortunam Cyri adversam inde totam profectam esse, quod Croeso, ut in Massagetas invaderet, suadenti obtemperaret. Omnis igitur vituperationis, in quam Cyri caussa Croesus adducitur, quasi cardo in σοί vertitur. Etiam hoc loco L codex solus πειθόμενόν σοι exhibet.

Γ 62. 11. Smerdes a Cambyse fratre interfectus est adjutore Prexaspe. Quum autem Cambyses in Ægypto degeret, Magus quidam fratrem suum, cui quoque nomen erat Smerdi quique Smerdes frater regis esse vulgo credebatur, in regio imposuit solio. Tum Prexaspes, quum ab eo rex quæsiisset, quomodo perfecisset mandatum suum, ὦ δέσποτα, inquit, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως κοτέ

---

[1]) πειθόμενόν τοι in ed. teutonica Stenius; quod in nullo libro MS. est.

σοι Σμέρδις ἀδελφὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκε, ubi quum nulla major vis pronomini sit, Steinius in ed. teutonica τοί legit. Codex L σοι sine accentu exhibet.

Γ 69. 9. Quum Smerdes magus post mortem Cambysis regnum Persarum obtinuisset, Otanes, ut inveniret, quis re vera novus rex esset, e filia, quam post Cambysen in matrimonium accepisset Smerdes, petiit, ut se hujus de origine certiorem faceret hoc modo: ἐπεάν σοι συνεύδῃ καὶ μάθῃς κατυπνωμένον, ἄφασον αὐτῷ τὰ ὦτα. Quum igitur in σοί oppositi aliquid esse possit — multas autem uxores habebant reges Persarum — haud scio an accentu jam ob hanc caussam instruendum sit. L solus ἐπεάν σοι.

Δ 127. 17. Darius Scythas terram et aquam postulavit, rex autem Scytharum σοὶ δὲ, inquit, ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος πέμψω τοιαῦτα, οἷά σοι πρέπει ἐλθεῖν: si non aliis at tibi hæc dona decet venire. Vis igitur σοί dativi haud ita paullum premi videtur. At refragantur omnes codices. P enim οἷα σοι, quod jam per se corrigendum est, exhibet, ceteri οἷά σοι. Sed tamen unum ob exemplum, quod excipitur, regula quum tolli non debeat, cum Steinio οἷα σοί scribendum censeo. Huc accedit quod auctoritas librorum MS. hac in re vix ulla est.

Θ 100. 33. εἴ τοι δέδοκται μὴ παραμένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυνε . . . ἐμὲ δέ σοι χρὴ τὴν Ἑλλάδα παρασχεῖν δεδουλωμένην. Etiam hoc loco L codex solus δέ σοι exhibet, ceteri omnes et Steinius δὲ σοί. Præterea A 85. 9 (in orac.); 89. 4 (bis); 120. 32; Γ 1. 24; H 10 β) 1.

Nihil igitur impedire videtur, quin his, quæ supra attuli exemplis, quorum de accentu dissentiunt Steinius et Abichtius, accentum inpertiaris acutum. Ceteris in locis consensu utriusque editoris σοί accentu notatum est.

Atque quamquam libri MS. de hac re male consentiunt, ut σοί interdum accentu sit notatum, interdum non, Steinium sequendum censeo, idque eo æquiore animo quod etiam apud Homerum „encliticum τοί distinguitur ab orthotonico σοί“ [1], et est, ubi σοί a præpositione pendeat aut ita locatum sit, ut accentum necessario requirat, ut H 9 γ) 1; 10 η) 1; 16 γ) 4; 38. 4 (in oppositione), passim.

Hæc lex inde quoque confirmatur, quod σοί quam τοί multo paucioribus locis legenti occurrit: quæ res ex ratione formarum subducta mox apparet; nam his locis invenitur

σοί A 9. 14; 85. 9 (in orac.); 89. 4 (bis); 109. 5; 117. 10; 120. 32, 34; 207. 8; Γ 1. 24; 36. 18 [2]; 62. 11 [2]; 69. 6, 9; Δ 97. 21; 127. 17, 18; E 33. 19; 106. 13, 16; Z 86 α) 22 (παρά); 109. 10 (ἐν); H 9 γ) 1; 10 β) 1; η) 1; 15. 13; 16 γ) 4; 29. 9; 38. 4, 10 (ἅμα); 235. 3, 20 (ἐπί); 236. 16; Θ 68 γ) 6; 100. 15, 33; 110. 14; I 120. 7; 122. 5 = 39.

τοί A 9. 5, 12; 11. 8; 32. 4; 38. 2; 39. 2, 4 (bis), 7; 41. 4 [3], 12; 42. 6, 10; 66. 9, 11, 12 (in oraculo),

[1] Cauer. l. l. pag. 127; cfr. pag. 105.

[2] Steinius in ed. teut. τοί.

[3] τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ubi τοί est obj. indir.; cfr. Θ 106 ὡς δέ οἱ ταῦτα ὠνείδιζε.

89. 7, 8, 9; 90. 6; 108. 15, 22; 110. 17; 115. 14; 117. 6; 124. 16; 155. 18, 26; 199. 16; 206. 4; 207. 4 (bis); 210. 6, 9, 11; B 115. 19, 20, 23; 181. 11; Γ 14. 38; 21. 4, 5, 6; 33. 5; 34. 22; 35. 14; 40. 18; 62. 9, 12, 15, 17; 63. 6, 18; 85. 9; 119. 15, 22, 23; 122. 16, 23; 134. 8, 11, 22, 28; 139. 17; 140. 23, 24; 155. 14; Δ 9. 14; 97. 22; 126. 4; 127. 6, 14; E 24. 8, 17, 20; 31. 7, 20; 39. 10; 49. 50; 106. 9, 27, 32; 111. 15, 20; Z 69. 19; 109. 29, 31; H 10 δ) 4, 5; 12. 11; 14. 7; 16 β) 2, 9, 15; 27. 7; 28. 5, 7; 29. 11, 12, 13, 16; 35. 7; 48. 3, 7; 49. 4, 11, 15 (bis), 16, 19; 51. 7; 56. 9; 102. 13, 17; 104. 3, 26; 141. 9, 22; 157. 12; 159. 5; 161. 10, 11; 168. 22; 209. 25; 235. 10, 14, 18, 21; 236. 5, 11, 13; Θ 5. 8, 9; 68 α) 12 (bis); β) 5; 79. 14, 16; 100. 23, 27, 31 (bis); 106. 19; 110. 13; I 12, 7; 16. 16; 78. 5, 6; 91. 4; 94. 17; 111. 10, 24, 25 = 153.

Ex his omnibus exemplis, quibus apparet τοί circiter quater tanto sæpius quam σοί ab Herodoto usurpatum esse, recte colligi posse existimo, sicut apud Atticos σοί encliticum multo frequentius inveniatur quam σοί orthotonicum, ita Herodotum τοί tum adhibere, quum sine gravitate dicatur; σοί autem tum, quum tanta vis pronomini tribuatur, ut in Attico quoque sermone accentu præditum sit.

Sunt autem haud ita pauci loci, ubi τοί [1] vim Atticorum σοί enclitici non habeat, sed aliquid affirmatione

[1] Altera est τοί particula conclusionem aliquam significans et ex το stirpe demonstrativâ nata, quæ semper in initio periodi

quadam dictum esse significet. Sunt aliæ aliorum opiniones, quo ortu nata sit hæc particula. Nægelsbachius, quem Cauerus [1] sequitur, verisimillimum esse docuit, ex ethica vi dativi singularis profectum esse usum τοί pronominis pro particula affirmativa positi. Quam sententiam et aliunde confirmat et inde, quod aut loquentem spectans aut audientem in colloquio aliquo describendo, quod plerumque inter duos, nonnumquam inter plures est, perraro in ipsa narratione reperitur. Ex quo factum est, ut haud paucis locis difficile sit dijudicatu, pronominisne an particulæ vim habeat.

Cujus rei nonnulla exempla afferenda puto:

A 207. 15 εἰ γὰρ ἐθελήσομεν ἐσδέξασθαι τοὺς πολεμίους ἐς τὴν χώρην, ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι, ubi τοί dativus ethicus vel, quod non multum differt, affirmativa particula esse potest; sed quum hæc sequuntur verba:

---

ponitur et cum τῷ particula Homerica (= itaque) artissime conjuncta est (Kühner II § 507, A. 2; Cauer l. l. pag. 141). Ejus autem vestigia nisi in compositis, quæ sunt τοιγάρ, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν, τοίνυν similia, non remanserunt. Cauerus et Klotzius consensu contendunt, hoc τοί esse demonstrativum semperque „accentu notatum“ (Klotzius ad Devarium pag. 756, apud Cauer. l. l.). semper „orthotonicum“ (Cauer l. l.). Quæ res quum ita se habere jure dicatur, cur ex. gr. τοι γάρ scribunt, et non, ut Schweighæuserus (in lexico Herodoteo sub τοί γαρ), τοί γαρ vel potius τοὶ γάρ? Itemque τοὶ γάρ τοι, τοὶ γὰρ οὖν melius scribi censeo; nam τοί νυν, quod omnes exhibent, nullo alio modo exarari posse inde perspicitur, quod νύν est vox enclitica. Quod si τοί demonstrativum semper accentu instructum esset, magis perspicua inter hoc et illud τοί esset distinctio.

[1] l. l. pagg. 140—146.

ἑσσωθείς μὲν προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν, haud sico an eum, cui hæc dicta sunt, spectet.

A 212. 13 . . . ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, ἦ μέν σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα αἵματος κορέσω, quo loco τοί, quum et apud Herodotum et apud Xenophontem 'ἐπομνύναι τινὶ θεόν' dicatur, dativus, objecti vicibus fungens, esse potest. Sed quum σέ in sequentibus sit, ad τοί pro ethico dativo accipiendum animus magis inclinat.

Γ 62. 15 εἰ μέν νυν οἱ τεθνεῶτες ἀνεστᾶσι, προσδέκεό τοι καὶ Ἀστυάγεα . . . ἐπαναστήσεσθαι. Dubito, utrum ἐπαναστῆναι absolute positum sit an cum τοί objecto conjunctum: i. e. utrum sit vertendum: „si mortui resurgunt, crede tibi (tuo regno) Astyagen insurrecturum esse“; an:“ . . . tum profecto crede Astyagen quoque (ἐπι . . .) resurrecturum esse“. Hoc mihi verisimilius videtur, quamquam utrumque verbis subesse potest. Fortasse ex ambiguo dictum est.

H 49. 13 καὶ δὴ τῶν δύο (πολεμίων neutr.) τοι τοῦ ἑτέρου εἰρημένου τὸ ἕτερον ἔρχομαι ἐρέων. Utrum: „atque igitur ex duabus tibi inimicis rebus quum una nominata est, alteram dicturus sum“; an: “atque igitur ex duabus profecto inimicis . . .“? Tertium cogitari tamen potest, τοί ad εἰρημένου referri.

Θ 65. 26 ἢν γάρ τοι ἐς βασιλέα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλήν, quod verti potest: “profecto, si hæc verba regi narrata erunt . . .“; sed sic quoque: „si hæc tua verba . . .“. Sed τοί a verbis 'τὰ ἔπεα

ταῦτα' tam longe separatum est, ut pro conjunctione melius forsitan accipiatur.

Schweighæuserus in lexico suo [1] τοί particulam Herodoto prorsus abrogat et ex libris ejus exstirpatum vult. Dicit enim l. l., "τοί particulam nonnumquam perperam pro τί positam esse". Jam attuli nonnulla, de quibus dubitari posse videtur, exempla. Sed ut nunc contextus, quem vocant, Herodoteus est constitutus, haud paucis locis τοί pronomen esse non potest. Ex quibus qui certissime ostendunt, τοί etiam pro affirmandi particula usurpari, elegi.

A 41. 10 πρὸς δὲ τούτῳ καὶ σέ τοι χρεόν ἐστι ἰέναι ἔνϑα ἀπολαμπρύνεαι τοῖς ἔργοισι [2].

B 120. 8 εἰ δέ τοι . . . ταῦτα ἐγίνωσκον . . .

Z 109. 17 καὶ κῶς ἐς σέ τοι ἀνήκει τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος ἔχειν, νῦν ἔρχομαι φράσων [3].

H 15. 7 οὔκων δυνατός τοι εἰμὶ ταῦτα ποιέειν [4].

141. 22 ἔτι τοί ποτε κἀντίος ἔσσῃ (orac.)

161. 12 οὕτω ἔχει τοι Z 1. 9; Θ 125. 8 [5].

---

[1] Sub voc. τοί et οὔτι.

[2] Schweighæuserus sub voce σύ extr. dicit, „naturalem constructionem hanc fuisse: χρεός τοι ἔστι καὶ σὲ ἰέναι", ita ostendens, se putare, τοί ad χρεόν ἐστι esse referendum. Sed illa est inusitatissima constructio, ut ex exemplis ab ipso sub χρεών allatis videre licet. Cfr Θ 100. 38; 141. 4.

[3] „Wie es gerade (τοί) auf dich ankommt" Abicht. Cfr Θ 68 α) 1 Ἀρτεμισίη τάδε ἔφη· εἰπεῖν μοι πρὸς βασιλέα . . .

[4] „At profecto, quamvis magno opere cupiam, id facere non possum".

[5] „Scito rem ita se habere"; sine illo τοί I 9. 7, ubi tamen illi, quibus verba dicuntur, plures sunt.

Præterea persæpe τοί conjunctiones temporales et hypotheticas aliasve particulas subsequitnr, cujus rei hæc sint exempla.

Ἐπείτοι: ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σὲ προφάσιός τευ ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι Γ 36. 18; Η 103. 18; vix sæpius.

Εἴ τοι: ἀλλ' εἴ τοι σύ σφεας καταρρώδηκας . . . Γ 145. 15; Ε 39. 8.

Οὔτοι: εἰ γὰρ δὴ μὴ ἔστι ὁ Κύρου Σμέρδις . . . οὔτοι [1] μιν σοί τε συγκοιμώμενον καὶ . . ., δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν Γ 69. 6; Η 141. 9 [2].

Ἀτάρτοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε Γ 29. 7.

Καί τοι ἀξιόλογος καὶ ὁ ἐν Ἐφέσῳ νηός Β 148. 8; Γ 152. 4; Η 9 β) 1; 10 γ) 10; 104. 5: Θ 68 α) 6[3],

Τοίνυντοι: ἐπεὶ τοίνυντοι περιεχόμενον ὁρῶμεν τῆς ἔχεις γυναικός Ε 40. 2.

Τοιγάρτοι: εἰπεῖν Καμβύσεα· τοιγάρτοι, ὦ μῆτερ . . . Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω . . . Γ 3. 11 [4].

Μέντοι [5]: passim Α 109. 16; Η 15. 5.

Ἤτοι [5]: καὶ δὴ καὶ συνήνεικέ σε ἤτοι κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλασσαν ἐσσωθῆναι Η 10 β) 3; Θ 108. 20.

---

[1] „In οὔτι corrigendum videtur“ Schweighæuserus.

[2] Θ 57. 6 Abichtius οὔτοι ἄρα . . ., Steinius auctem οὔτ' ἄρα exhibet.

[3] καί τοι τάδε λέγω. Σοί non τοί, qua est, ita locatum, emphasi, esset, si esset pronomen.

[4] Η 172. 14 et Ι 122. 16, ubi Abichtius οὐγάρτοι legit, Steinius in utraque ed. οὐ γάρ τι habet cum plerisque libris MS.

[5] Apud Schweighæuserum neque μέντοι neque ἤτοι est.

CAP. III.

De casibus obliquis pronominis personalis III:æ personæ.

Tertiæ personæ pronominis, quum in casu aliquo obliquo positum est, ex duobus stirpibus derivatæ sunt formæ, ex αὐτός et ex stirpe reflexiva, quæ vocatur, quamquam apud Herodotum (et Homerum) non magis reflexive quam anaphorice usurpatur. Apud scriptorem nostrum ratio formarum, si quidem recte annotavi, hæc est. Quo in numero ea tantum exempla numeravi, ubi mere pernale est, et ea omnia removi, quæ in enuntiationibus orationis obliquæ pendentibus reperiuntur.

Αὐτοῦ (αὐτῆς) circiter 258 locis invenitur, αὐτῷ (αὐτῇ) 115, οἵ 416, αὐτόν (αὐτήν, αὐτό) 287, μίν 297, αὐτῶν (αὐτέων) 347, σφέων 52, αὐτοῖσι (αὐτῇσι) 72, σφί [1] 548, αὐτούς (αὐτάς) 130, σφέας 208, αὐτά 20, σφέα 22 [2].

---

[1] De σφίσι pro pronomine personali usurpato vide postea.

[2] His locis σφέα invenitur (cfr Krüger II § 15. 1 A. 15) A 46. 17; 89. 12; 111. 19; 112. 7 — B 119. 9 — Γ 22. 10; 23. 12; 52. 18; 53. 13; 71. 24; 111. 14 (omisit Krüger l. l.); 135. 19 — Δ 25. 3; 33. 24; 187. 18 — E 83. 9, 12; 85. 6; 92 η) 6; 95. 5 — H 50. 20 — Θ 36. 4 (Ex E 91 Krüger σφέα refert, sed apud Steinium et Abichtium πειρησόμεθά σφεας legitur).

Ad summam igitur formæ, quæ ex αὐτός nominativo flexæ sunt — αὐτοῦ gen. sing., quum hic casus alterius stirpis pro pronomine personali non usurpetur, excipitur — 971 locis recurrunt; quæ autem ex stirpe reflexiva, quæ vocatur, sunt profectæ, 1543 locis. Ex ratione subducta apparet, αὐτῶν quam σφέων multo frequentius — plus quam sexies tanto sæpius — inveniri, αὐτόν (αὐτήν, αὐτό) et αὐτά æque fere multis locis atque μίν et σφέα. Σφέας autem haud paullo pluribus quam αὐτούς (αὐτάς) locis legitur, ne de οἵ et σφί dicam: illud enim quater fere tanto sæpius αὐτῷ dativo usurpat Herodotus, hoc autem prope octies tanto frequentius quam αὐτοῖσι (αὐτῇσι). Admodum promiscue formæ hujus illiusve stirpis adhibentur, nisi quod formæ, quæ a stirpe reflexiva derivatæ sunt, quippe quæ sint encliticæ, numquam aliter quam si δέ vocula interposita est — quod solum in οἵ et σφί fit et rarius — a præpositionibus reguntur, tum dico, quum mere personales sunt. Quare quum præpositiones antecedunt, casus obliqui αὐτός pronominis usurpantur. Qui si omnes loci[1] detrahuntur, eo apertius perspecitur, quantum scriptor formas stirpis reflexivæ alteris formis, ubicumque utrisque uti ei licebat, prætulerit.

Restat in hoc capitulo, ut exempla formarum, quæ ex stirpe reflexiva profectæ sunt, si quidem vices pronominum mere personalium sustinent, earumque usûs afferam.

Quarum ex numero sunt excipienda: εὗ, σφεῖς, quod,

---

[1] Αὐτῷ a præpositione pendet undequadragies, αὐτόν septuagies quinquies, αὐτῶν duodequadragies, αὐτοῖσι nudevicies, αὐτούς tricies, αὐτά ter.

ut αὐτός in casu recto locatum, vim ipsius semper retinet, σφίσι, de cujus usu anaphorico ut incerto separatim disputabitur, σφέ, quod ex libris Herodoti remotum est. Ceteræ sunt hæ formæ: οἷ, μίν, σφέων, σφί, σφέας, σφέα.

Οἷ dat. sing., quæ forma semper enclitica et masculini atque feminini generis, non amplius quam duobus tribusve locis generis neutrius est; sæpius res non neutrius generis spectat.

Οἷ generis masc. aut fem. et pro personis usurpatum passim: ἦν γάρ οἱ (= τῷ Κανδαύλῃ) τῶν αἰχμοφόρων Γύγης Α 8. 4; 14. 4, 7; 19. 8; 21. 2;

ἔνθα ἐπεὰν ἵζηται γυνή, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία ἤ τίς οἱ (= τῇ γυναικί) ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γούνατα μιχθῇ . . . Α 199. 12;

οἷ generis neutr. his locis: . . . νηός, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον, καί οἱ τράπεζα μεγάλη παρακέεται χρυσέη, καὶ τὸ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεος ἐστί Α 183. 3, 4 [1].

τὸ δὲ σῆμα ἐστὶ ἔσω ἐς τὸ Ἀρτεμίσιον ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός, ἐπιπέφυκε δέ οἱ (= τῷ σήματι) ἐλαίη Δ 34. 6;

ἀντλέεται μὲν κηλωνηΐῳ, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ (= τῷ κηλωνηΐῳ) προσδέδεται Ζ 119. 13.

οἷ res generis non neutr. repetens: . . . καί οἱ (τῷ ποταμῷ) ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν ὥστε . . . Α 189. 11; Ι 51. 10; Β 68. 21 (= τῷ κροκοδείλῳ);

---

[1] Hoc loco dubitari tamen potest, utrum οἷ ad ἄγαλμα an ad τοῦ Διός rectius referatur. Sed illud primo adspectu magis placet, et id solum dubitationem movet, quod οἷ nisi paucissimis locis generis neutrius est; cfr Α 181. 17, quod illud confirmat.

Κῦρος δὲ ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ καὶ ὑπεὶς τῆς ὀργῆς ἔφη οἱ (= τῇ ὑποθήκῃ)[1] πείθεσθαι Α 156. 7.

ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κέεται . . . καί οἱ (= τῇ κλίνῃ) τράπεζα παρακέεται μεγάλη Α 181. 17.

οἱ pro genitivo possessivo usurpatum[2] oculis legentis sæpissime occurrit, interdum prædicative adjunctum, interdum ita locatum, ut inter articulum et substantivum sit interpositum.

ὄπισθε δὲ εἵπετό οἱ ὁ φονεὺς Α 45. 2; 108. 9; 109. 8 (σχῆμα quod vocant καθ' ὅλον καὶ μέρος); 122. 12;

αὐτίκα κελεύειν (Καμβύσην) τόν τέ οἱ (Ψαμμηνίτου) παῖδα . . . σώζειν Γ 14. 48; 153. 4; Δ 8. 13; Ζ 41. 7.

οἱ correlatum relativi antecedentis: τῆς γὰρ τὴν δεκάτην τῶν χρημάτων ἰδέσθαι ἔστι ἔτι καὶ ἐς τόδε . . ., οὐδὲν δεῖ μεγάλα οἱ[3] χρήματα ἀναθεῖναι Β 135. 10; 172. 3 (= τῇ πόλι); Η 8 δ) 4.

οἱ pro iterato relativo in altera duarum sententiarum relativarum, quæ coordinatæ sunt, positum: τὴν δ'ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων Β 40. 4; vix sæpius.

οἱ cum appositione participii: αὐτίκα δέ οἱ εὕδοντι ἐπέστη ὄνειρος Α 34. 3; 41. 3; passim.

---

[1] Nisi quis satius duxerit, οἱ pro τῷ Κροίσῳ dictum esse putare.

[2] Cfr τοῦ λόγου μοι Η 171. 2; αὐτῷ, αὐτοῖσι, quantum inveni, apud Herodotum nusquam ita usurpantur.

[3] = αὐτῇ; quod non in prima apodosi locum habet, vide Cavallin. § 103. 1 Anm. 1; cfr Α 5. 15; σφέα eodem modo adhibitum Ε 92 η) 5.

καί οἱ, ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους, περικατημένῳ τὴν Νίνον ἐπῆλθε . . . A 103. 12.

σὺν δέ οἱ: Z 90. 3; H 57. 11.

Μίν, quod apud Herodotum sicut semper encliticum est, nusquam a præpositione regitur nec pluralis est numeri; sed pro substantivo cujusvis generis ponitur.

μίν generis masculini et feminini: καὶ ἡ γυνὴ ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα A 10. 7; 30. 8; passim.

οὕτω ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ A 9. 6; Δ 180. 20, 21; passim.

μίν generis neutrius his locis: ἐξεργάσαντο δέ μιν οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, ubi μίν = σῆμα vel χῶμα A 93. 7;

παραδίδωμι μέντοι τῷδε κατὰ τάδε ἐντειλάμενος, θεῖναί μιν (= τὸ παιδίον) ἐς ἔρημον ὄρος (cfr αὐτό ibm lin. 14) A 117. 17;

τάφρος μὲν πρῶτά μιν (= τὸ ἄστυ τὸ Βαβυλώνιον) . . . περιθέει A 178. 12.

νομίζοντες οὐ καθαρὸν εἶναί μιν ὄσπριον B 37. 23 [1].

ὅκου μὲν γὰρ γίνεται καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν ubi μίν = κινάμωμον est Γ 111. 3;

. . . φάμενοί μιν (= τὸν Κλεομένεα) οὐκ ἑλεῖν τὸ Ἄργος, παρεὸν εὐπετέως μιν ἑλεῖν Z 82. 2 [2].

---

[1] „Credentes id non esse purum legumen.“ Ita fortasse Steinius, nam dicit μίν = αὐτό. Abichtius autem ex κυάμους antecedente κύαμον audit, ut ejus sententia μίν generis masc. sit.

[2] Steinius in ed. teut. ad hunc locum dicit, μίν pro τὸ Ἄργος positum esse, ubi πόλις obversetur; esse generis neutrius etiam B 37. 23; præterea non nisi apud poetas — quæ igitur non omnia ita se habere, exempla allata ostendunt.

μίν res generis non neutrius spectans: φασὶ δέ μιν (= τὸν κρατῆρα) Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι A 51. 11; 70. 16 (= idem); 183. 14 (= τὸν ἀνδριάντα); 189. 9 (= τὸν ἵππον); 190. 2 (= τὸν ποταμόν); B 11. 16 (= τὸν Νεῖλον); 22. 9 (= idem); Δ 5. 17 (= τὸν χρυσόν).

B 175. 20 (μίν = τὴν στέγην).

Σφέων, de cujus accentu editores multis locis dissentiunt [1], uno loco generis neutrius est; admodum raro est generis feminini, sive personas sive res spectat: sæpissime generis masc., personas repetens; pleraque munera genitivi, possessivi [2], partitivi, separativi, objectivi, sustinet.

σφέων generis fem. est et personas repetit uno loco: τοῦδε εἵνεκα ὅτι ἐφόνευσαν σφέων (= ipsarum) τοὺς πατέρας καὶ ἄνδρας . . . A 146. 18 [3].

---

[1] Exempli causa hic afferantur loci: A 82. 18 δὲ σφέων Steinius in ed. teut. (cum Pz), δέ σφεων in ed. crit. et Abichtius; A 211. 12 μὲν σφέων vel μέν σφεων eodem modo; contra Steinius in ed. teutonica δέ σφεων I 22. 3 exhibet; cfr. A 31. 28 etc. B 2. 1 omnes, quas consului, editiones, i. e. Lhardyi quoque et Saycei, σφέων accentu instructum exhibent, ideo, opinor, quod in libris MS. sic est. Quum autem ad orationem obliquam non pertineat sententia temporalis — nam eâ definitur, quo tempore illa crederent Aegyptii — nec vis ejus prematur, accentus melius abest — nisi quis totum illud de enclisi pronominum abrogare vult.

[2] Si pro gen. possessivo positum est, prædicative substantivo semper fere adjungitur; quam regulam Herodotus migrat I 50. 8 οἵ τε σφέων ὀπέωνες.

[3] Hoc exemplum hic annotavi, quamquam ad exempla pronominis ind. refl. rectius referendum erat; sed nullum aliud, opinor, est.

σφέων generis neutr.: μεταρρυθμίσαντές σφεων (= τῶν γραμμάτων) ὀλίγα ἐχρέωντο E 58. 10; vix sæpius.

σφέων res generis masc. aut fem. spectans his locis: ἄγραι δέ σφεων (= τῶν κροκοδείλων) πολλαὶ κατεστᾶσι B 70. 1.

διὰ δέ σφεων (= τῶν πολίων) τοῦ μέσου Λίσος ποταμὸς διαρρέει H 108. 10; 195. 4 (= τῶν νεῶν).

Σφί encliticum semper est; fere semper generis masculini aut feminini; semel tantum substantivum generis neutrius σφί dativo restituitur; præterea res generis non neutrius hac forma spectari et repeti non credo[1]; a præpositione, interpositâ δέ particulâ, nonnullis, admodum paucis, locis regitur.

σφί generis masculini et feminini: καὶ σύ τέ σφι οὐκ ἀπεχθήσεαι, ubi σφι = τοῖσι ἐκφέρουσι A 89. 13; passim.

ταύτας . . . ὠνέεσθαι τῶν φορτίων τῶν σφι ἦν θυμὸς μάλιστα A 1. 21;

σφί generis neutrius: βιβλία γραψάμενος πολλὰ . . . σφρηγῖδά σφι (= τοῖσι βιβλίοισι) ἐπέβαλε τὴν Δαρείου Γ 128. 7.

---

[1] Krügerus (II § 51. 1 A. 16) duo tantum exempla ex Homero affert, ubi σφί pro rebus positum est, neque ullum exemplum ex Herodoto; et ego quoque non inveni; nam A 193. 32 σφί pronomine eos homines significari credo, de quibus verba facit Herodotus.

Σφί pro genetivo possessivo usurpatum, ubi interdum inter articulum et substantivum locum habet: ἐπὶ τῆς ἁμάξης δέ σφι ὠχέετο ἡ μήτηρ Α 31. 13; Δ 3. 1. αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχυτῆτα εἰσί Γ 102. 20[1].

σφί pro iterato relativo: τῶν (relat. = Ἰώνων) Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα, τοῖσι Ἰωνίης μέτα οὐδὲ τοῦ οὐνόματος οὐδέν, Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοί σφι ἀναμεμίχαται . . . Α 146. 5[2];

σῶμα μὲν δὴ τοῦ κτήνεος . . . φέρουσι, τοῖσι μὲν δὴ ἂν ᾖ ἀγορὴ καὶ Ἕλληνές σφι[3] ἔωσι ἐπιδήμιοι ἔμποροι, οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὧν ἔδοντο Β 39. 7.

σφί adjuncto participio: ταῦτα δέ σφι ποιήσασι καὶ ὀφθεῖσι . . . τελευτὴ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπεγένετο Α 31. 15 passim.

σὺν δέ σφι: Β 85. 7; 118. 8; Ε 121. 7; Ζ 8. 2; 22. 13; Η 10 ϑ) 9; Ι 11. 19;

Σφέας, de cujus accentu dubitatur interdum[4], esse generis musculini aut feminini consentaneum est; nonnumquam res spectat; a præpositione nusquam pendet.

---

[1] Cum hoc usu σφι dativi pro gen. poss. usurpati conferantur Α 95. 1 ἐπιδίζηται δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος . . .; Ε 92 η) 27 τοιοῦτο μὲν ὑμῖν ἐστι ἡ τυραννίς (vestra tyrannis).

[2] Cfr Ζ 123. 5 (τούτων); Η 125. 8 (αὐτοῦ); Θ 62. 9 (αὐτήν) Ι 111. 16 (αὐτή).

[3] Hoc loco σφί pro iterato relativo positum est, quamquam relativum, si esset, eodem in casu esset iteratum. Cfr Cavallin § 114. Aliud ejusmodi exemplum est Ε 52. 8 (ἐπ' αὐτῷ).

[4] Ut Α 156. 3 Steinius in ed. critica πρηθῆναί σφεας exhibet, idem in ed. teut. et Abichtius πρηθῆναι σφέας; Β 15. 16

σφέας personas generis masculini vel feminini spectans: ἐπείτε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, εἴρετο σφέας (= τοὺς Πέρσας) ὁ Κῦρος A 126. 13; passim.

οἵ δέ σφεας (= τὰς γυναῖκας) παρῆκαν Δ 146. 11; passim.

σφέας res generis non neutrius repetens: δοκέοντα σφέας (= τοὺς ἰχθῦς) ἐξελεύσεσθαι ἐς γῆν A 141. 6; B 148. 14 (= τάς αὐλάς); H 194. 18 (= τὰς νέας).

Σφέα, cujus omnia exempla jam supra [1] enumeravi, pro accusativo semper usurpatur, nusquam pro nominativo. Herodotus solus hanc formam adhibuisse videtur [2].

Σφίσι, quod apud Homerum sæpissime anaphoricum est, rarius reflexivum [3], ab Herodoto ferme solum pro reflexivo, directe vel indirecte, usurpatur, pro mere personali autem non, nisi admodum paucis iisque dubiis locis; qui loci sunt hi: μετὰ δὲ Ἀθηναῖοι μὲν τὸ παράπαν ἀπολιπόντες τοὺς Ἴωνας, ἐπικαλεομένου σφέας πολλὰ δι' ἀγγέλων Ἀρισταγόρεω, οὐκ ἔφασαν τιμωρήσειν σφίσι E 103. 4.

οὔτε γὰρ σῖτος πάρα σφίσι Θ 68 β) 8.

Steinius in utraque editione ἔδεέ σφεας, Abichtius autem ἔδεε σφέας scribit; eadem inconstantia passim utuntur editores, sed exempla enumerare nihil attinere videtur. Mihi autem, si quidem σφέας inclitibum esse recte contenditur, id omnibus locis, ubicumque est personale, accentu privari, nisi vox paroxytona antecedit, rectius factum videtur; nam quantum inveni, vis ejus non multo magis uno quam altero loco premitur; idem de σφέων genitivo judico

[1] Pag. 33.

[2] Krüger. II § 51. 1. A. 15.

[3] Ibm A. 17.

'Αθηναῖοι, καταστάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πρηγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα ἱδρύσαντο . . . Z 105. 10.

Res ita se habet, ut E 103 et Z 105 σφίσι in omnibus libris MS. legatur; Θ 68 β) σφίσι in solo codice L' insit. Abichtius σφίσι his tribus locis retinet, Steinius autem in utraque editione σφίσι in σφί correxit. Atque re vera, quum genitivus absolutus, qui vocatur, in hoc extremo exemplo vicibus enuntiationis temporalis fungatur, non causalis, causam ejusmodi continentis, quæ ex animo ejus qui in enuntiatione primaria locum subjecti tenet, dicta esse indicetur; et duo exempla, quæ antecedunt, nihil dubii habeant, quin σφίσι sit mere personale: hi tres loci aut corrigendi sunt, ut fecit Steinius, aut est statuendum, σφίσι vicibus pronominis anaphorici, non reflexivi, apud Herodotum quoque fungi posse. Ad hæc exempla etiam Z 105. 9 numerari potest, ubi quamquam editor uterque σφί exhibet, in omnibus libris MS. σφίσι est, quod præterea passim in libris invenitur, ut Z 49. 6.

Hæc de formis a stirpe reflexiva derivatis, quantum pro mere personalibus exhibentur. Nam σφέτερος vim pronominis possessivi, quod non idem sit reflexivum vel determinativum (= ipse), apud Herodotum vix habet. Exempli loco afferri potest Z 22. 1 Σαμίων δὲ τοῖσί τι ἔχουσι τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν στρατηγῶν τῶν σφετέρων ποιηθὲν οὐδαμῶς ἥρεσκε (= Samiis id quod sui ipsorum duces fecerant non placebat), ubi σφετέρος determinative usurpatur.

Ad extremum nonnullis exemplis ostendere, αὐτός et οἵ etc. promiscue uti licere pronominibus, æquum censeo. Haud enim ita pauci inveniuntur loci, ubi in eadem periodo de eodem vi eadem dicantur.

προηγόρευε γάρ οἱ Λοξίης . . . μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν καταλύσειν A 91. 16; 94. 33—35 (σφέας — αὐτούς — σφέας); 141. 4, 5 (αὐτῶν — σφί); — B 141. 4, 5 (αὐτῶν — ἐς αὐτούς — σφέας); — Δ 97. 14 (αὐτῆς — μίν); 143. 11, 12 (μίν — αὐτόν); 146. 4—12 (αὐτούς — σφέας — σφέας — σφέας (fem.) — ἐξ αὐτέων); Θ 108. 16, 18 (ἄγοντι μέν οἱ — οἵ — ἐπιχειρέοντι δὲ αὐτῷ).

CAP. IV.

De directo pronominum reflexivorum usu.

Duo sunt genera pronominum reflexivorum, unum eorum, quæ subjectum ejusdem enuntiationis spectant et directe reflexiva vocantur; alterum eorum, quæ ab infinitivo vel participio aliquo reguntur vel in enuntiatione aliqua orationis obliquæ pendente inveniuntur atque ad eum, cujus ex animo aliquid dicitur, referuntur: indirecte reflexiva.

Hoc in capitulo de usu pronominum directe reflexivorum nonnulla disputabuntur.

A. Pronomina reflexiva primæ et seundæ personæ.

Pronomina reflexiva primæ et secundæ personæ apud Herodotum hæc sunt: ἐμεωυτοῦ, σεωυτοῦ, ἡμέων αὐτῶν, ὑμέων αὐτῶν.

At hic illic fit, ut pro reflexivo personale ponatur pronomen, et in conjunctione verborum, quæ est μοὶ δοκέω (Γ 63. 17; E 80. 1), μοὶ φαίνομαι (A 155. 6) et tum quum reflexivum antecessit (Γ 142. 20, postea allatum) et denique sine ulla ejusmodi causa.

σὺ ἐτόλμησας ἐμεῦ στρατευομένου αὐτοῦ . . . καὶ ἄγοντος παῖδας ἐμοὺς . . . μνήσασθαι περὶ σέο παιδός H 39. 2.

ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖνοί γε αὐτοὶ ἑωυτῶν πέρι φροντίζειν εἰσὶ, ἡμεῖς δὲ ἡμέων ὡς αὔτως H 236. 19.

Quum αὐτο stirps, ut reflexivum pronomen efficiat, aut cum stirpe numeri singularis in genitivum flexa pronominis personalis composita sit [1], aut post casum aliquem obliquum pluralis numeri locum habeat, accidit tamen etiam, ut αὐτός alicui utriusvis numeri formæ præcedat. Tum autem pronomen personale solum reflexive usurpari et αὐτός excludendi vim habere videtur [2].

ἱροσύνην . . . αἱρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινομένοισι Γ 142. 20.

συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς E 91. 12.

Pro reflexivo primæ et secundæ personarum pronomine reflexivum, quod tertiæ est proprium personæ, interdum usurpatur. Quod admodum facile est intelligere, quum et αὐτός et stirps, quæ vocatur reflexiva, 'ipse' significat nec vim certæ alicujus personæ habeat. Hoc autem non magis apud Herodotum quam apud alios scriptores inveniri, hæc ostendunt exempla, ex Xenophonte

---

[1] Nisi quis A 108. 16 excipere et μηδὲ . . . σοὶ αὐτῷ περιπέσῃς lectionem codicis P, quam elegit Steinius, præferre statuit. Abichtius in σεωυτῷ correxit. Σοὶ ἑωυτῷ enim, quod in A B est, vel σὺ ἑωυτῷ, quæ est scriptura codicum C R d, minus placet. Σεωυτῷ igitur editionum Aldinæ et Abichtianæ non plus quam jus conjecturæ habet. Usu Homerico σοὶ αὐτῷ confirmatur.

[2] Cfr Kühner I § 168 c) Anmerk. 1 (pag. 461.)

sumpta: Hell. IV. 1 § 35 . . . ἔξεστί σοι . . . ζῆν καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ; cfr Oecom. X. 5; Cyrop. I. 9. 35; VI. 3. 27; Comm. I. 4. 9; II. 1. 30; 6. 35.

Ἑωυτῶν pro ἡμέτερος αὐτῶν: τάς τε ἑωυτῶν μητέρας καὶ τὰς ἀδελφεὰς ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν E 20. 18[1].

Σφέων αὐτῶν pro ὑμέων αὐτῶν: αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζησθε κατιστάναι E 92 α) 9[2].

---

[1] τὰς μητέρας καὶ ἀδελφεὰς Suidas et Antonius Monachus.

[2] Præter hos, quos supra laudavi, duos locos ἑωυτοῦ pro ἐμεωυτοῦ et σεωυτοῦ haud ita raro varians est lectio:

α) pro ἐμεωυτοῦ. Δ 97. 19 τάδε λέγειν φαίη τις ἄν με ἐμεωυτοῦ εἵνεκεν, ubi in nonnullis libris MS ἑωυτοῦ est; H 28. 4 τὴν ἐμεωυτοῦ οὐσίην, ubi Steinius ille quidem nihil de hac variatione lectionum annotavit, sed probatum aliquem codicem ἑωυτοῦ præferre dicit Schweighæuserus.

β) pro σεωυτοῦ. A 108. 17 λάβε τὸν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα, φέρων δὲ ἐς σεωυτοῦ ἀπόκτεινον; ἑωυτοῦ CRdz exhibent. Γ 36. 5 σὺ δὲ κτείνεις μὲν ἄνδρας σεωυτοῦ πολιήτας . . .; codex R ἑωυτοῦ; ibm paullo infra τῆς σεωυτοῦ πατρίδος, pro qua lectione C codex ἑωυτοῦ exhibet.

Neque aliter res se habet, ubi a prima ad tertiam personam transeat oratio Herodoti, ut H 102. 2 βασιλεῦ, ἐπειδὴ ἀληθείῃ διαχρήσασθαι πάντως με κελεύεις ταῦτα λέγοντα τὰ μὴ ψευδόμενός τις ὕστερον ὑπὸ σεῦ ἁλώσεται, ubi μέ, quod PRz habent, retinet Abichtius, expulit Steinius.

Vestigium haud dissimilis personarum permutationis hoc loco remansit Γ 71. 24 ἀλλά σφεα αὐτὸς ἐγὼ κατερέω, ubi in R solo libro σφέα inest, ceteri autem omnes ἀλλά σφεας vel ἀλλὰ σφέας habent i. e. nomen vestrum deferam.

Nonnullis locis Schweighæuserus αὐτός eodem modo interpretatur, ut, etsi pronomen mere personale est, tamen vis primæ et secundæ personæ ei tribuatur. Ita Γ 52. 16 (εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι γέγονε) dicit ἐν αὐτοῖσι idem esse atque ἐν ἡμῖν; at Abichtius et Steinius ἐν αὐτοῖσι = τοῖσι πρήγμασι accipiunt. —

B. Pronomina directe reflexiva tertiæ personæ.

Pronomina directe reflexiva tertiæ personæ omnino eadem sunt atque quæ Attici quoque scriptores exhibent. Usurpat enim Herodotus pro numero singulari formas ex ἕο genitivo et αὐτο compositas: ἑωυτοῦ etc.; pro plurali autem numero aut formas eodem modo natas, formas compositas[1]: ἑωυτῶν etc.; aut ex σφεῖς nominativo flexas formas, quas αὐτός in eodem casu positum sequitur, formas conjunctas[2]: σφέων αὐτῶν etc.

Quæ mihi ocurrerunt utriusque generis formæ numeri pluralis, earum rationem subduxi.

Ἑωυτῶν α) vicibus gen. possessivi fungens: B 67. 3; 93. 8; 137. 11; 143. 10 (= 4) — Γ 19. 9; 21. 21; 38. 6; 159. 10 (= 4) — Δ 11. 17; 105. 6; 132. 6; 140. 12 (= 4) — E 30. 12; 74. 2 (= 2) — Z 16. 2; 41. 17; 57. 29 (= 3) — H 103. 23; 181. 10 (= 2) — Θ 19. 12; 41. 2; 46. 3; 49. 12; 70. 10; 73. 5; 124. 2; 130. 15; 141. 13 (= 9) — I 65. 3; 77. 8; 85. 2, 10; 117. 3 (= 5) = 33.

H 8 γ) 3 ἀγαθὰ δὲ αὐτοῖσι (id est ἡμῖν) τοσάδε ἀνευρίσκω . . . legere mavult Schweighæuserus quam ἐν αὐτοῖσι, quod est in libris MS. Nam ἐν αὐτοῖσι „parum commode" scriptum esse putat. — H 10 α) 14 τὸ δὲ αὐτοῖσι ἔνεστι δεινὸν, ἐμὲ σοὶ δικαιόν ἐστι φράζειν vertit: 'quid vero nobis timendum insit . . .', ubi Abichtius et Steinius* 'dabei' interpretandum censent: rectius sine dubio hi quidem, si αὐτός pronomini vim primæ aut secundæ personæ, quum non sit necessitas, tribuere non est laudendum.

[1] 'Sammansatta former' Cavallin § 106. a.

[2] 'Sammanställda former' ibm.

β) alio numere fungens: A 102. 12; B 32. 14; 122. 10; Γ 79. 2; Δ 111. 8; H 10 ε) 9 (his locis est gen. part. vel obj.); Θ 86. 9 (αὐτοὶ ἑωυτῶν apud compar.); — a præpositione pendet: A 134. 13 (ἀπό); 142. 19 (ἐπί); B 2. 12 (ἐπί); 17. 16 (ἐπί); Δ 11. 22 (ὑπό); 33. 24 (ἀπό); 160. 4 (ἐπί); E 98. 7 (ἐπί); H 178. 3 (ὑπέρ); 236. 20 (περί); I 17. 10 (ἐπί); 38. 7 (ἐπί) = 19.

Σφέων αὐτῶν α) gen. possessivus: οἱ γάρ με ἐκ τῆς κώμης παῖδες . . . σφέων αὐτῶν ἐστήσαντο βασιλέα A 115. 10; ἐποιήσαντο σφέων αὐτέων πολιήτας A 150. 10; ἐβουλεύσαντο . . . οἱ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοὶ ἀνειρύσαι τὰς νέας καὶ περιβαλέσθαι ἕρκος ἔρυμα τῶν νεῶν παὶ σφέων αὐτῶν χρησφύγετον I 96. 15 = 3[1].

β) A 73. 20; 144. 5; 152. 13; Γ 25. 24; Δ 94. 5; E 92 γ) 6; Z 7. 3; I 26. 16; — A 143. 14 (ἐπί); Δ 8. 1 (ὑπέρ); E 73. 15 (ἐπί); H 61. 11 (ὑπό); Θ 36. 7 (περί); 102. 13 (περί); 109. 5 (ἐπί); I 101. 12 (περί) = 16.

Ἑωυτοῖσι A 203. 15; Γ 49. 6 (rec.) Z 138. 16 (rec.) — A 160. 3 (παρά); E 103. 8 (ὑπό) = 5.

Σφίσι αὐτοῖσι A 146. 15 (rec.); E 75. 3 (rec.); Z 42. 5 (rec.); 126. 13; Θ 9. 2 (rec.); 20. 5; — A 86. 31 (παρά); E 1. 16 (παρά; rec.); Θ 74. 4 (περί) = 9.

---

[1] Herodotus præter ἑωυτῶν gen. possessivum etiam et σφέτερος et σφέτερος αὐτῶν pronominibus et possessivis et directe rereflexivis utitur his locis:

σφέτερος: A 82. 9, 16; B 120. 6; 150. 13; Δ 1. 12; 3. 2; 4, 5; 50. 3; 80. 20; 94. 18; 120. 24; 125. 25; 140. 9; 187. 8; E 29. 14; 63. 16; 83. 9; Z 13, 13; 15. 10; 19. 2; 33. 9; 47. 9; 89. 10; 98. 19; 100. 15; 138. 25; 139. 2; H 118. 5; 120. 4; 125. 4; 139. 5; 155. 10; 217. 8; I 25. 2; 96. 10; 119. 3 = 36;

σφέτερος αὐτῶν: Δ 130. 6; E 38. 3 = 2.

ʽΕωυτούς α) pro objecto positum A 93. 15; 97. 15 (rec.); 173. 19; Γ 79. 17; 119. 2; H 130. 14; Θ 53. 10; I 18. 5 = 8.

β) a præpositione pendet E 15. 12 (κατά); Z 12. 10 (πρός; rec.); 83. 4 (ἐς); Θ 75. 18 (πρός; rec.); 111. 7 (περί); I 55. 15 (πρός); 56. 2 (πρός; rec.); 71. 5 (κατά) = 8.

Σφέας αὐτούς α) objecti vicibus fungens: A 169. 11; 174. 27; B 30. 24; 162. 30; Γ 13. 11; 19. 13, 15; Δ 18. 5; 93. 5; 132. 2; 148. 13; 159. 16; E 13. 10; 15. 12; 93. 8; 119. 12; Z 12. 2; 48. 3; 92. 2; 101. 1; 108. 4, 8, 20, 33; H 132. 7; 139. 6; 141. 2; I 24. 3; 54. 4 = 29.

β) a præpositione regitur A 65. 9 = 1.

Formæ igitur numeri pluralis compositæ 73 locis inveniuntur, haud ita paullo rarius vel 58 locis formæ conjunctæ; quibus si adduntur omnes loci, ubi σφέτερος vel σφέτερος αὐτῶν directe reflexivum est (= 38), hæ formæ sæpius illæ quidem quam alteræ apud Herodotum leguntur, sed est haud mediocris error, quum Kühnerus [1], Arndtio auctore usus, „Herodot“, inquit, „gebraucht nur die getrennten Formen“.

Pro objecto σφέας αὐτούς multo frequentius quam ἑωτούς ponitur: hoc autem fere solum post præpositiones accusativum regentes adhibetur; nam persuasum habeo σφέας αὐτούς a præpositione nullo alio loco regi quam eo, quem supra attuli. Σφέων αὐτῶν pro genitivo possessivo

[1] I pag. 459 extr.

nusquam anteposito articulo substantivi usurpatur neque ne tum quidem admodum frequenter, quum substantivum articulo caret. Tria jam attuli exempla; illis addi potest quartum, ubi tamen σφέων αὐτῶν est pronomen indirecte reflexivum. Est autem E 57. 10 Ἀθηναῖοι δέ σφεας ἐπὶ ῥητοῖσι ἐδέξαντο σφέων αὐτῶν εἶναι πολιήτας [1]. — Et σφίσι αὐτοῖσι et ἑωυτοῖσι admodum raro inveniuntur, illud tamen aliquanto sæpius quam hoc. Cujus rei una est causa, quod σφίσι solum, ut mox apparebit, quippe quod subjectum suæ ipsius enuntiationis hic illic spectet, eadem vi et significatione atque ἑωυτοῖσι et σφίσι αὐτοῖσι effertur.

Quum ἑωυτοῦ et ἑωυτῶν partes genitivi possessivi sustinent, plerumque fit, quum ut substantivum articulo instructum sit, tum ut pronomen reflexivum inter illud et hunc sit interpositum; sed res non numquam aliter se habet. Aut enim accidit, ut pronomen reflexivum, quamquam articulus substantivo antecedit, tamen prædicative adjungatur; aut ut substantivum ipsum, etsi habere potest, articulum omiserit.

α) συνοίκεε δὲ ἑωυτοῦ συνδούλῃ A 110. 4; Γ 53. 9.

οἱ ἱρέες ἐμοὶ ἀπεδείκνυσαν παῖδα πατρὸς ἑωυτῶν ἕκαστον ἐόντα B 143. 10;

καταστήσας Ἀρταφέρνεα ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ . . . ὕπαρχον εἶναι E 25. 1;

μεμφόμενος . . . τοῖσι Αἰγινήτῃσι προτέρην ἑωυτοῦ ἐξέλασιν Z 88. 4.

[1] Vide Cavallin. § 106 a. anm. 1; Kühner. II pag. 495 Uebersicht.

In quibusdam exemplis Herodotus articulo substativi omisso rem magis indefinite describere velle videtur, ut A 110. 4, ubi Schweighæuserus cum libris MS nonnullis τῇ ἑωυτοῦ συνδούλῃ legit. Neque aliter res se tum habet, quum pronomen possessivum substantivo sine articulo adjungitur [1]. Quare hunc locum interpretandum esse censeo: 'matrimonio junctus erat cum una ex suis servitutis sociis feminis, cum quadam sua conserva'. Item Γ 53. 9; E 25. 1 admodum apparet, quid ut consequeretur scriptor articulum omiserit (= unam ex suis filiis, unum ex fratribus suis).

Res autem aliter se habet, si pronomen reflexivum, etsi substantivum articulo est instructum, tamen sine eo exaratur. Cujus hæc rei exempla inveni:

β) ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς καταρὰς τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου A 165. 12[2];

ἔλεγον οἱ ἱρέες . . . τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ (subj. inf.) . . . ἐπὶ ξείνια αὐτὸν καλέσαντα . . . περινῆσαι B 107. 3[3];

ὑπὸ τοῦ οἰκηιοτάτου ἑωυτῆς E 5. 8;

---

[1] Krüger I § 51. I. 4. Anm. 8; cfr A 209. 4 Ὑστασπες, παῖς σὸς ἐπιβουλεύων . . . ἑάλωκε = unus ex filiis tuis.

[2] A 80. 9 Steinius τῷ στρατῷ ἑωυτοῦ; Abichtius articulum addit.

[3] B 26. 1 legitur: αἴτιος δὲ ὁ αὐτὸς . . . καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ εἶναι, διακαίων τὴν διέξοδον ἑωυτοῦ, ubi in libris αὐτῷ, a Stephano αὐτοῦ scriptum est. Si quidem ὁ αὐτὸς οὗτος est sol, de quo antea locutus est scriptor, et αὐτῷ vel αὐτοῦ pronomine Nilus flumen significari potest (= 'viam ejus, Nili, exurens', non 'spatium suum exurens') mihi rectius videtur, quod est scriptum, servare.

ἐπύθοντο ἐχομένην τὴν πόλιν ἑωυτῶν Z 23. 10;
τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ I 33. 26;
ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ I 37. 15.

Hic nonnulla exempla, in quibus σφέων αὐτῶν et ἑωυτῶν in eadem periodo inveniuntur, inserenda puto:

διασκεδασθέντες κατ' ἑωυτοὺς ἕκαστοι . . . παρεδίδοσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Πέρσῃσι E 15. 11;

οἱ δὲ ἄγγελοι ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλόμενοι διδόναι ἔφασαν . . . οὗτοι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τὴν ἑωυτῶν αἰτίας μεγάλας εἶχον E 73. 15.

Sed formæ, quæ a litteris σφ- incipiunt, σφέων, σφίσι, σφέας, non solum tum, quum αὐτός pronomen sequitur, reflexivum efficiunt, sed nonnullis locis vim pronominis directe reflexivi solæ per se adsciscunt; haud aliter atque et attici scriptores et Herodotus σφέτερος pronomine directe reflexivo passim utuntur. Cujus rei antequam exempla afferam, de μίν accusativo dicam; videtur enim hæc quoque forma duobus saltem locis directe reflexive usurpari.

κελεύειν τοὺς πορθμέας (subj.) αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν A 24. 12.

ταύτης μὲν πέρι τοσαῦτα ἔλεγον πλὴν ὅτι αὐτήν μιν, ὡς τοῦτο ἐξέργαστο, ῥῖψαι ἐς οἴκημα B 100. 17.

Illud exemplum ita accipio, ut vertendum putem: 'jussisse portitores (subj.) eum sibi ipsum (μίν) mortem consciscere'; et hoc: 'de ea quum illa narrabant tum eam (αὐτήν) . . . in domum se (μίν) jecisse'. I. e. credo,

αὐτόν et αὐτήν esse subjecta infinitivorum — quod jam ordo verborum prioris exempli jubet — qui sunt διαχρᾶσθαι et ῥῖψαι, apud quos μίν objecti vicibus fungi. Quod Steinio ad B 100. 17 placet. Sic Abichtius quoque ad I: 24, quamquam II: 100 dicit, αὐτόν μιν et αὐτήν μιν esse reflexiva. Quam sententiam Kühnerus [1] amplectitur, quum in priore exemplo τόν 'Αρίονα intellectum velit. Neque Krügerus [2] putat, μίν solum sed αὐτόν μιν (αὐτήν μιν) esse directe reflexiva. Quorum contra auctoritatem Cauerum [3] afferre licet, qui, quamquam nostros locos non affert, sed duos tantum ex Herodoto sumptos, ubi μίν est indirecte reflexivum, tamen, Krügerum sequens, ostendere vult, μίν apud Homerum certe bis ad subjectum ejusdem enuntiationis referendum esse. Atque contra sententiam Kühneri dici potest, neque quidquam audire opus esse neque quid aliud quam αὐτήν, quod scriptum sit, in posteriore exemplo jure suppleatur, facile intelligi [4].

Exempla usus directe reflexivi formarum a σφ- litteris incipientium hæc apud Herodotum sunt:

---

[1] I pag. 460. 2 b.
[2] II § 51. 3. A. 7.
[3] l. l. pag. 157.
[4] Steinius (B 100. 15) ad Γ 142. 20 '. . . αἱρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ . . .' adlegat, qui locus, quum αὐτῷ et μοί conjuncta reflexivum efficiant, cum nostro vix jure confertur, nisi id dicere voluit, μοί solum esse reflexivum et αὐτόν ad ejus vim confirmandam esse additum. — Altero loco A 24. 22 ('τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτόν') ubi μίν esse reflexivum dicit Abichtius, errat, quum μίν sit subjectum infinitivi, cujus objectum ἑωυτόν diserte scriptum exstet; cfr A 82. 41.

Σφέων: αὐτοὶ δὲ περὶ σφέων (= de se) ὧδε λέγουσι Μῆδοι Η 62. 7;

ἔπεμπον σφέων ἱππέα (= equitem ex se, de suis, mittebant) I 54. 7.

Σφίσι directe reflexivum, sed non reciprocum: ἐβούλευσαν τῶν παρὰ σφίσι διδασκομένων παίδων ἕνα κατακόψαι Α 73. 20.

αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς Α 93. 13.

καὶ τὸ οὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦδε σφίσι τὴν ἐπωνυμίην ἐποιήσαντο Β 42. 19;

Καρίης τὴν πολλὴν προσεκτήσαντο σφίσι σύμμαχον εἶναι (= sibi comparaverunt, ut socia fieret) Ε 103. 10.

οὔτε τις τούτων τῶν τὸ πᾶν σφίσι[1] ἤδη δοκεόντων κατεργάσθαι . . . πειρήσεται Θ 100. 16;

Σφέας: διχοῦ σφέας διελόντας Δ 120. 7 (= in duas partes se dividentes).

Σφέτερος vide pag. 48.

Herodotus ad gradum comparativum vel superlativum adjectivi casum genitivum pronominis reflexivi ἑωυτοῦ, ἑωυτῶν addere amat; qua verborum conjunctione ostendere vult, aliquid aliquo tempore vel loco magis quam solet rei proprium esse[2], aliquid se ipsum quasi superare. Quod apud ea quoque adjectiva fit, quæ quum formâ gradus positivi sint, tamen re et sensu comparationem contineant.

---

[1] Σφί Abichtius cum codice L.

[2] Cavallin § 96.

ἐπειδὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ A 193. 18 (eadem fere verba Δ 198. 11); B 8. 7; 124. 18; 149. 7; Δ 85. 10.

μοῦνος ποταμῶν τοῦτον τὸν χρόνον οἰκότως αὐτὸς ἑωυτοῦ πολλῷ ὑποδεέστερος ῥέει B 25. 23.

μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν Θ 86. 9.

διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ Θ 137. 13.

Ut apud Atticos sic apud Herodotum pronominibus reflexivis vis reciproca interdum inest.

Ἑωυτῶν: καὶ μᾶλλόν τί ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι A 74. 15[1].

Σφέων αὐτῶν: οἱ Παίονες . . . εἰπάν κου παρὰ σφίσι αὐτοῖσι E 1. 15[1].

Σφίσι sine αὐτοῖς his locis: οἱ Πλακιηνοί, σφίσι . . . ὁμόγλωσσοι A 57. 16; 142. 12, 15; B 4. 2; Γ 45. 4; 71. 2; 76. 7; 98. 9; Δ 102. 1; E 68. 12; Z 138. 17; H 145. 4; Θ 132. 6[2].

Οἱ Πελασγοὶ ἑωυτοῖσι λόγον ἐδίδοσαν Z 138. 16;

Οἱ Ἕλληνες λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν Θ 9. 1;

Οἱ Μῆδοι . . . ἐδίδοσαν σφίσι λόγον A 97. 9.

---

[1] Cetera exempla vide pagg. 48 et 49, ubi, si significatione reciproca prædita sunt pronomina reflexiva, indicatum est.

[2] Σφί in quibusdam libris MS.

CAP. V.

De pronominibus indirecte reflexivis tertiæ personæ.

De pronominibus indirecte reflexivis tertiæ personæ apud Herodotum admodum difficilis est quæstio. Qua enim et hic et alii scriptores Græci utuntur libertate pronomen personale ibi adhibendi, ubi severiores latini sermonis leges reflexivum postulent et ipsi re vera plerumque usurpent, multis locis haud facile factu est statuere, quæ dicuntur ex animo ejus, qui loquens, sciens efficiens, sim. inducitur, dictane sint, an scriptor rerum expositionem ad suum vel alterius, non dicentis etc. animum referat. Hæc quæstio apud Herodotum tanto est difficilior, quod in enuntiationibus orationis obliquæ formas, quæ sunt εὕ, οἷ, μίν, etiam quæ a σφ- litteris incipiunt, passim adhibet, quibus formis sæpissime anaphoricam, nonnumquam, etsi rarissime, directe reflexivi pronominis præterea tribuit vim. Sed ut cognoscatur, quæ pronomina in enuntiationibus pendentibus adhibeat, rem ita instituturus sum, ut genera enuntiationum orationis obliquæ pendentium distinguam atque in unoquoque genere sententiarum exemplis si non omnibus at plerisque allatis ostendam, quomodo quæ subjectum sententiæ pri-

mariæ spectant pronomina ab Herodoto verbis expressa sint. Sic enim genera sententiarum inter se melius separantur neque usus confunditur pronominis tertiæ personæ, quod ad eum, qui in sententia superordinata subjecti tenet locum, revocatur[1].

Antequam exempla, quæ huc proprie pertinent, enumero, operæ pretium esse videtur de subjecto infinitivi pendentis nonnulla disputare, si quidem verbum sententiæ primariæ et infinitivus de uno atque eodem prædicantur. Tum autem lex est, ut subjectum infinitivi nullo adhibito pronomine indicetur. At si subjectum, quod infinitivo cum verbo regente commune est, majore aliqua vi est pronuntiandum, sua voce designatum effertur; quæ eadem fere in participiis valent. Et Herodotus quidem hanc rem ita variat, ut aut α) αὐτός

---

[1] Mea ab illa Caueri rerum distributione, quæ l. l. pag. 153 est, non longe recedit. Is enim censet, in hypotactico pronominis tertiæ personæ usu quattuor genera distinguenda esse, quorum unum participia, alterum infinitivos, tertium sententias subordinatas conjunctivo et optativo, quartum modo indicativo expressas contineat. Supra quam opus est se excusare, quod indicativus in hunc retulit numerum, atque nimis artis finibus usum modi indicativi in oratione obliqua circumscribere videtur, dicens, illum modum tum solum, quum in enuntiatione aliqua a verbis cognoscendi, gaudendi, dolendi pendente inveniatur, aliquid quod ex sensu cognoscentis, gaudentis, dolentis dictum sit, continere. Nam id fit etiam in enuntiationibus quibusdam indirecte interrogativis, in sententiis finalibus, qui a relativo incipiunt, sim. Neque conjunctivus magis quam indicativus orationis obliquæ Græcæ proprius est. Sæpe autem, quamvis orationis rectæ modi mutati non sint, usu pronominis reflexivi ostenditur, re vera orationem esse obliquam (cfr Cavallin § 107 anm. 2). Contra fit, ut modis mutatis αὐτός pronomen usurpetur.

(αὐτοί) in recto positum casu; aut β) αὐτόν (αὐτούς) in casu quarto locatum; aut γ) ἑωυτόν (ἑωυτούς) pronomen reflexivum; aut δ) αὐτοὶ ἑωυτούς conjuncta; aut ε) formam reflexivam σφέας αὐτούς, quam conjunctam vocavi; aut ζ) μίν, σφέας sine αὐτός epitagmatico adhibeat.

α) Αὐτός pro quavis persona usurpatum: αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι Α 126. 24; Γ 40. 8.

ὦ παῖ, βούλεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσεῖν καὶ . . . ἢ αὐτός σφεα κατελθὼν ἔχειν Γ 53. 11; Η 103. 4.

αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι Α 11. 19.

καὶ ποιεῦντες ταῦτα αὐτοὶ μέν φασι ἐπὶ δεξιὰ ποιέειν, Ἕλληνας δὲ ἐπ' ἀριστερά Β 36. 21; Δ 137. 8; Ζ 67. 10; passim.

Interdum fit, ut, si duo subjecta infinitivo alicui sunt, quorum unum cum verbo regente commune est, alterum non, hoc quoque in nominandi casu ponatur:

τούτοισι ἐλθοῦσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος . . . ἥσθη ἐλπίζων . . . οὐδ' ὧν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς Α 56. 1.

Contra est, ubi subjectum non commune efficiat, ut alterum quoque subjectum, quod idem est subjectum verbi regentis, in accusativo ponatur:

οὔτε γὰρ αὐτοὺς τοῦ χρυσοῦ ἅπτεσθαι . . . οὔτ' ἐκείνους τῶν φορτίων ἅπτεσθαι Δ 196. 13; Ε 36. 17; Θ 94. 18.

Quid quod non desunt loci, ubi αὐτός (αὐτοί) in nominativo locum habeat, quum subjectum sententiæ regen-

tis, quippe quod ipsum ab alio verbo declarandi pendeat, terminationem casus accusativi acceperit? De hac re Steinius (ad A 2. 16) dicit, sicut oratio obliqua, ubi vividiore genere dicendi uti velit scriptor, in orationem rectam transformetur, ita hanc commutationem hic jam factam cogitari debere.

τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι . . . ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὐδὲ ὦν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι A 2. 14; B 118. 15; 162. 20; Γ 15. 10[1].

β) Αὐτόν, αὐτούς præter exempla, quæ supra sunt laudata: τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν (ubi αὐτήν ideo est accusativus, quod subjectum verbi regentis eodem in casu positum est) Z 52. 15.

οὕτω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν ὅτι . . . (ubi αὐτούς eum significat, qui loquitur, et eum, qui cum illo erat, in continuatione orationis obliquæ) Θ 65. 33.

ὥρα ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην ἢ τὸν δεσπότην ἀπολλύναι ἢ αὐτὸν ἀπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι (ubi αὐτόν acc. propter verba 'προκειμένην ἀληθέως ἀναγκαίην' legitur; at potuisse tamen, quamquam verba illa inserta sunt, αὐτός nominativum hoc loco scribi, docet, opinor, Xen. Anab. II. 6. 26 'τούτους ᾤετο δεῖν κτήσασθαι διαβάλλων τοὺς πρώτους) A 11. 18.

γ) Ἑωυτόν, ἑωυτούς admodum sæpe: ἐνόμιζε ἑωυτὸν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον A 34. 2; 134. 10; B 2. 2, 6; Γ 22. 23 (in continuatione orationis obliquæ); 38. 7 (τοὺς ἑωυτῶν νόμους); 146. 3 (τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν);

[1] Quater igitur, non ter, ut dicit Steinius ad A 2. 14, hæc orationis figura recurrit.

Δ 9. 8; 94. 2; E 7. 6; Z 137. 22 (in continuatione orationis obliquæ); H 10 ε) 10; 148. 5 (τὰ κατ' ἑωυτούς); I 106. 10.

δ) Αὐτοὶ ἑωυτούς: νομίζουσι αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας A 171. 24.

ε) Σφέας αὐτούς: οἱ δὲ Βορυσθενεῖται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους Δ 78. 17; E 44. 2; Θ 94. 21.

ζ) Μίν, σφέας:

φασὶ γὰρ δὴ αὐτὴν δεηθῆναι τοῦ πατρὸς Μυκερίνου ἀποθνήσκουσαν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ μιν τὴν ἥλιον κατιδεῖν B 132. 11 [1].

οὐκ ἂν οὕτω μιν (= Θεμιστοκλέα, qui verba facit; μίν = ἑωυτόν Steinius) δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι H 143. 6.

προτέρους γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην ἢ σφέας (= ipsos, τοὺς Πέρσας) ἐς τὴν Εὐρώπην A 4. 4; 4. 9 (= ipsos, qui ex Asia erant); 5. 5; 105. 16; 170. 7 (= τὸν Βίαντα et ejus cives); B 4. 13; 55. 8; Δ 7. 2; 15. 13 (= ipsos, τοὺς Μεταποντίνους); 15. 16 (= eosdem); 187. 13; E 9. 13; 86. 17 (= ipsos); Z 52. 12; Θ 65. 8 (= Theocydeum, qui rem narrat, et eum, qui cum illo erat) [2]; I 61. 18 (post verbum petendi).

---

[1] Hunc ita latine verto locum: '. . . dicunt enim eam morientem a patre petiisse, ut unoquoque semel anno solem videret' ut μίν subjectum κατιδεῖν infinitivi esse credam; μίν = ἑωυτήν Steinius.

[2] Codex B σφέας omittit, quod præterea libris MS. auctoribus et a Steinio et ab Abichtio accentu privatur, vix jure. Multis aliis locis, quos enumerare longum est, de accentu pronominum indirecte reflexivorum dissentiunt editores.

Quo opere absoluto ad exempla, quibus usus tertiæ personæ hypotacticus illustratur, enumeranda aggrediar.

A) Primum posui ea exempla, in quibus ea valent, quæ dicit Cavallinus § 108 bb), i. e. „pronomen reflexivum substantivo vel participio, quod aut ipsum objecti locum tenet aut ad objectum refertur, adjunctum est et subjectum ejusdem enuntiationis spectat". Ut ex his postremis verbis apparet, quodammodo sunt directe reflexiva, quamquam, quum subjectum in participio latens spectari possit, etiam ad pronomina indirecte reflexiva jure referuntur.

Cujus generis sunt ea quoque exempla, ubi participium ab iis verbis sentiendi et declarandi pendet, qui pro enuntiatione vicibus objecti fungente vel infinitivo participium adsciscere possint (cfr κατεῖδον 'Αθηναίους σφίσι προσπλέοντας Thuc., quod exemplum Cavallinus § 108 bb) affert).

Nihil aut non multum eæ enuntiationes differunt, ubi pro plena enuntiatione causali participium, quod conjunctum vocatur, ὡς particula antecedente scriptum sit. Quare illa omnia genera sententiarum huc in unum contuli.

α) Ἑωυτοῦ: τῶν οἰκετέων, τοὺς μάλιστα ὥρα πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ A 11. 4; 61. 13; 75. 1 (= ipsius); 86. 36; 96. 17; 103. 10 (τοὺς ὑπ' ἑωυτῷ ἀρχομένους); 107. 11; 108. 14; 114. 16; 123. 4; 134. 7, 9, 13. — B 102. 13 (= ipsius); 119. 14; 121 ζ) 6; 123. 12 (τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο . . . ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι); 152. 25; 162. 28; 169. 10, 14 (τρέφων τὸν σφίσι καὶ

